Stephani [illegible]

[illegible] legi [illegible]

ARABICÆ LINGVÆ TYROCINIUM.

ID EST

THOMÆ ERPENII GRAMMATICA ARABICA;

Cum varia Praxios materia, cujus elenchum verſa dabit pagella.



LUGDUNI BATAVORUM,
Typis & impenſis IOANNIS MAIRE. 1656.

LECTORI PHILARABI
JACOBUS GOLIUS S.D.P.



ON *indignam favore tuo, Studiose Lector, operam fore suam Typographus existimavit, si typis eisdem Erpeniana iterum exhiberet Linguæ Arabicæ præcepta, quibus ea abhinc vicennium excudit: cùm quod præclarum sit, etiam decies repetitum placere possit. Ejusmodi autem condendæ Grammaticæ, quæ usitatâ nobis ratione & methodo constaret, ut majus quondam Europæ votum quàm spes & exspectatio fuit: ita quoque conditæ sua gloria Authori illi solida ac integra debetur; ut qui desiderato operi, eiq; tunc difficillimo, primam & ultimam quasi simul visus sit imposuisse manũ. Ita ut vel hinc à summis in Rep. literaria viris elogium vivus tulerit, demerendæ posteritati natum fuisse. In hisce quippe rebus, si queis aliis, verissimum est atque compertum Hesiodi illud, principium dimidium totius. Et quo per se efficacior est Arabum lingua, & diligentiùs ab ipsis exculta, eo ad percipiendum illius usum ac fructũ plus refert penitùs cognita esse ejusdem fundamenta. Quorum ignari non habent ubi pedem figant, cæcutientes illustri die, in plano offendentes; & sæpenumerò faciunt intelligendo ut nihil intelligant. Hæc itaque regia existit,*

multis

multis despecta licet, nec alia compendiaria magis aut compendiosa est via, quæ ad Arabiæ Felicis hortos ac sylvas, omnigenam scilicet acutæ & industriæ gentis eruditionem ducat. Quin & ipsi, eò adspirantes, solenni velut ritu eandem institerunt semper ac triverunt viam: & quam peculiari quodam ordine ac propriâ terminorum appellatione traditam à majoribus artem acceperant, iisdem vestigiis eodemque modo persecuti fuerunt: secundis quidem eam curis expolientes, & novis augentes observatis ac repertis; at præcipuâ operis immutatâ formâ. Quam sicuti cum nomenclaturâ suâ habere perspectã, plurimum fecerit ad intelligendam cum Arabum Philologiam, tum alterius cujusque generis disciplinam: ita eorundem exemplum alterâ etiam parte esse nobis imitandum videtur. Vt quo modo & ordine semel Grammatica hæc moribus nostris rectè accommodata fuit, eodem porrò res ipsa & doctrina magis magisque perficiatur; ne turbatis levi de causa lineamentis, eam magis confundi potiùs atque retardari contingat. At methodum verè legitimam Erpenius, quam probè calluit, in hac sua Grammatica sectatus fuit; nempe constituendæ disciplinæ legibus respondentem: quæ universalia universaliter, & primo loco tractari jubent, respici naturæ ductum, atque homogenea, quoad fieri potest, inter se connecti. Arbitrariam verò, quæ discentium captui quorundam & infirmitati subserviat, ab Artis descri-

ptione

ptione secernendam judicavit. Et qui ipsum nullus non ducem sequi posset, qui sub ejus vellet signis militare; prout boni ducis erat, consilium publicavit: quod seorsim Rudimentis suis, Grammaticæ hujus compendio, anno 1620 *editis præfixit. Quæ quidem hoc loco ita monere visum fuit, ut pro officio meo manibus illius, qui lampada mihi in decursu tradidit, objectas nebulas radio ejusdem lucis aliquo resolvere prætentarẽ, melioribus ubi opus fuerit, ut spero, vindiciis diluendas. Ut autem institutũ hoc à Clarissimo Erpenio opus, cui primitias suas studia debent mea, accessione quâdam, ceu grati animi symbolo, utcunq; locupletarem; decretum mihi erat meas aggregare ad Grammaticam Annotationes, & conceptum à me, qui hactenus defuit, de Arabum Prosodia tractatum: quorum partem jam ante complures annos auditoribus meis communicâram. Sed præsenti urbis nostræ statu, tum publicæ tum privatæ inciderunt causæ, quæ illud meum & Typographi propositum pro hoc tempore abrumpunt & sistunt; primâ quam nobis Deus concesserit opportunitate exsequendum. Interim in commoda atq; profectum tuum fruere, benevole Lector, Progymnasmatum variâ penu & appendice: quam Erpenianæ quoque subjungendam duxi & subjunctam vides. Ut cuiq; liceat imbutum Grammaticis præceptionibus animum pascere iis & exercere, atque ita paulatim per doctrinæ gradus ad altiora ipsamque*

arcem

arcem contendere. Ea quidem ferè omnia viginti abhinc annis parata & in promtu fuerunt, ut eundem in finem cum Erpeniani hujus operis editione tunc temporis prodirent: sed inopinatus item casus illa de manibus deponere hactenus, & pro derelictis habere suasit. Partem tamen eorum vir eruditus, & mihi amicissimus, M. Johannes Fabricius, quam apud me literis hisce operam navans exceperat acceperatque, uti etiam professus fuit, Speciminis Arabici titulo in lucem emisit. Nunc verò ista reliquorum consortio inserta denuò fuerunt: ut communi scopo, cui ab initio destinata erant, & perquam accommoda videbantur, eâdem recurrente occasione simul omnia inservirent: præsertim cùm editæ partis, de qua dixi, exempla huc ad nos, ubi nata est, paucissima & ferè serò perlata fuerint. Sed quemadmodum æquum fuit tanto pòst tempore recenseri versionem: ita non iniquum videbitur, plerasq; notas omnes, quæ illi conjunctæ erant, nunc suppetente Lexici copiâ prætermissas esse: quia Studiosi indè haurire illas, quantum necesse fuerit, cū majori suo emolumento possint. Nam ad eos cumprimis hæc pertinent Additamenta, qui Grammaticæ præsidio & cognitione ritè instructi, excutiendo & conferendo eandem porro confirmare cupiant; atque ita simul tum certiorem, tum ampliorem, comparare sibi Linguæ ipsius intelligentiam, ejusdemque percipere genium exoptent. Vale, mî Lector, & studiis hisce amore tuo, atque propriâ etiam industriâ, fave.

THOMÆ

Continentur hoc opere

Præter Grammaticam Arabicam Thomæ Erpenii, Fabulæ Locmanni ſapientis, & Arabum ſententiæ, ab eodem Erpenio Latinè redditæ & notis illuſtratæ. *Ex recenſione* JACOBI GOLII: *qui illic à ſe addita aſteriſco diſtinxit; ad pleniorem verò Exercitationem nunc ſeorſim adjecit*

Adagiorum Arabicorum centurias III,
Quaſdam metro conceptas ſeu poetarum gnomas,
Duas ex Corano Suratas, ſive ſpecimen ejuſdem,
Diſſertationem ex Harirǽo,
Carmen Abu'l,olæ.
Homiliam de nativitate Chriſti,

} cum interpretatione ſuâ & notis.

Accedunt etiam in eundem finem, Arabicè tantùm,

Arabum ſententiæ aliquot, partim ſolutis, partim ligatis verbis.
Surata alia Corani.
Carmen aliud Abu'l,olæ.

THOMÆ ERPENII

CONSILIUM,

Brevi introductione huic Grammaticæ aptatum; quod longæ experientiæ probavit successus.

I. SI quis omnino rudis accesserit, primùm ex simplici potiùs intuitu, quàm prolixiore explicatione, discat Lectionis Elementa: quæ sunt Consonantes, Vocales, & Notæ Orthographicæ. Harum attentè contempletur figuras, & expendat potestates seu valores. XXVIII Consonantium notitia petetur ex initio Cap. primi, ipsa nempe ejus tabella; III Vocalium ex tabella & fine Cap. tertii: V peculiares notas Orthographicas docet principium Cap. quarti, & pars quinti prima & ultima. Ubi & obiter notasse profuerit, uti tres tantùm sunt vocales A, O, I; ita tres duntaxat esse Nominum casus: & O pertinere ad Nominativum & Vocativum; A ad Accusativum; denique I ad casus reliquos. *Quid facere expediat ante Grãmatica lectionem*

II. Tum cognita illa Elementa inter se nectere in syllabas assuescat: quem in finem juvari poterit exemplis, tum singularium vocum, pag. 6, 7, 20, 22; tum vocum plurium, pag. 23, 25, 26, 27; & integræ sententiæ, pag. 19: quippe ubi Arabica etiam Latinis literis exprimuntur.

III. Hoc prævio defunctus rudimento, librum primum diligenter legat, ab initio usque Appendicem ejus, quæ pag. 29 occurrit. Ita quidem, ut iis quæ ad rem propositam scitu magis esse necessaria judicaverit, majorem adhibeat attentionem. Quædam enim curiosæ esse potiùs & uberioris doctrinæ satis liquet. *Pro libro primo de Orthographia.*

Ubi & hoc observa, in Tesdid Euphonico, de quo pag. 22 & 23; & Wesla, de qua pag. 26 & 27, linguâ exprimendis, non adeò esse laborandum: nam hoc, ut natum est ab expeditè loquentis naturali propensione quadam & euphonia; ita ab ea potiùs quàm ab artis affectatione & conatu pendet.

Pro libri primi Appendice. IV. Appendicem libri I, quod ſpectat, illa continet Canones toti linguæ, hoc eſt omnibus, vel ſaltem præcipuis, Orationis partibus communes; utpote Euphoniæ & facili elocutioni inſervientes. Per quos potiori ex parte tollitur quæ videatur eſſe in Arabiſmo anomalia: ac proinde ſine quibus nemo poſſit feliciter Arabicari. At licet illi Canones per ſe ſinguli ſint facillimi, ut nullo negotio intelligi & memoriæ mandari poſſint; multitudo tamen ob ipſam affinitatem facilè confuſionem inducit. Ea propter omnino præſtiterit, ut ſingulis, aut ad ſummum binis, accuratè perpendendis & memoriæ imprimendis, ſinguli dentur dies.

Pro Libro ſecundo. V. Libro primo cæteris rebus cognito, interea dum iſtoc modo Canonibus etiam opera datur, progrediendum eſt ad ſecundum librum de Verbis. Ubi primùm Conjugationum tabella, quam exhibet pag. 41, diligenter eſt diſcenda: & ad majorem confirmationem, Verba quædam trilitera, ut كَتَبَ, فَرَقَ, & alia quælibet, per eam diduci debent: donec oblatæ cujusque Radicis Conjugationem expeditè & promptè formare noris.

Pro Verbis Perfectis. VI. Hinc procedendum ad Paradigma regulare primæ Conjugationis Activæ, quod benè memoriæ eſt imprimendum, cùm ab eo reliqua omnia dependeant: mox præcepta ei adjuncta legenda quoque atque diſcenda ſunt.

VII. Deinde differentiæ Conjugationum derivativarum à prima, ſequentibus duobus capitibus III & IV traditæ, etiam memoriæ penitùs infigi debent; & ad eandem normam Radices plures per primas tantùm Temporum voces in Conjugatione prima & reliquis diducendæ ſunt. Nec antè pergendum ad verba Imperfecta, quàm Perfectorum conjugationes omnes, tum primitivæ, tum derivativæ, benè perſpectæ & cognitæ fuerint; & ſimul primi libri repetita ſemel atque iterum Appendix memoriâ teneatur.

Pro Verbis Imperfectis. VIII. Hinc ad Imperfecta fiat progreſſus, & ſingulis ſpeciebus ſinguli attribuantur dies, confuſionis evitandæ gratiâ: niſi fortè ſpecies quarta & quinta, ſive Cap. VIII & IX, dies exigere binos videantur. In iis benè conſiderentur & memoriæ mandentur generales Imperfectionis regulæ, & ipſæ ad Euphoniam facientes;

tes; quæ ferè circa initium ſingulorum Capitum proponuntur. Hiſce enim intellectis & cognitâ Verbi Perfecti conjugatione, facilè erit formare Imperfectum. Nam ut minori hoc moleſtiâ facias, omnino conſultum eſt, quamlibet vocem Verbi Imperfecti eo formare modo, ac ſi Verbum Perfectum ſit. Ita formata cùm erit, evidenter apparebit an contra generales illas Imperfectionis regulas, an ſpeciales peccet. In hiſce verbis videbunt Studioſi, quanti momenti ſint aurei illi Appendicis libr. I Canones: quos propterea hîc ſæpe conſulere & applicare oportet.

De reliqua Grāmatica parte, ejuſque cū præcedenti comparatione.

Verbis cognitis pergatur ad Nomina, & ab hiſce ad reliqua: de quibus nihil peculiare eſt monendum: quoniam ibi res plana eſt ac manifeſta; nempe iis, qui jam præcedentium habeant cognitionem. Ubi quæ per ſe major eſſe, quàm in illis ſequentibus, difficultas videtur, ei ab Erpenio proviſum fuit ipsâ præceptorum traditione, perſpicuâ nempe & evidenter diſtinctâ. Quæ ſi contracta nimis & in unum preſſa, alio præſertim ordine, ſimul ingeri contingat, utique in digerendo haud paulo plus negotii diſcentibus faceſſent.

ERRATA vel OMISSA,

quæ fortè occurrerunt, emendanda vel addenda.

Pag. 13. l. 6, lege أَنْهَارٌ p. 33, l. 17, *oppugnabitur* p. 37, l. 15, زَكِيٌّ, p. 41, l. 8, إِفْتَعَلَ l. ult. إِنْذَكَرَ & إِنْدَرَأَ p. 42, l. 6 *pro* ت l. ات p. 45, l. penult. كَانُوا p. 48, l. 11, إِضْرِبْ l. 18, قَتْلًا p. 50, l. 4, يَنْصُرَانِ. p. 80, l. 11, quæ literæ in prima,

In Fabulis Locmanni, pag. 1, l. 8, أَحَدُهُمَا, l. 9, يُعَارِضُهُمَا, p. 3, l. 1, ٱلشَّجَرِ, l. ult. وَيَعُودُهُ & *verte* viſitarunt eum p. 5, l. 1. احتقاري

آحتقاري p.12,l.18, فمضوا p.14,l.10, تشققت p.29,l.3, Cúʃjifoú l.9, Cúllifou p.42, l.3, جعيط الجوارح, l.13, *vocatur. Quod cùm apud Scriptores non occurrat, cum Viro doctiʃʃimo, amico meo, Edoardo Pocockio, malim legere* بعض الجوارح *i.e.* accipiter quidam pag.50,l.14, يتم p.51, l.15, لسان l.16, ناطق p.61, l.2, deʃpicatior p.85.l.15, يغي p.89, l.3, يصنع, l.4. جلاق p.99,l.14, *externâ*, &c. *ʃine accentu* p.101.l.antep. *alienæ* p.108,l.5, commendata p.116, آلقمر, على p.120,l.17, سده p. 145,l.4, يحاكي, p. 148, l.19, نوات p.149 l.9, Vox ipʃa p. 153, l.16, confeʃʃuum p. 182, l. 17, *ʃcribâ* p. 203, l. 14, mendacium; pag. 206, l. 3, *parte* l. 11, Aciei; l. penult. *liberatos* l. *ʃervatos* p.208, l. 28, *abʃtergendæ* p. 215.l.18, adduxit l.19, perduxit p.217,l.1, Cùm autem l.5, dum p.228, l.9, نبالا p.246, l.4, مشرفي l.12, يصانف pag.248, l. 20, [2] tenui pag. 249, lin. 23, *coloris, & quidem magis quæʃiti, quàm inventi;* pag.250, lin.12. آلاهتداء *in notis* l. 12, من p. 252, l.11, آلمثلية p.253,l.9, (*ʃeu* primaria) p.254,l.12, أن آلبطول p.255, l.9, conchis l.11, urbis l.18, *dele* ejus p.256,l.5. بميلان مغيب p.259,l.5, ʃigilla p.261, *in notis* l. ʃublimem p.262, l.2, عنايته & l.8, احسانه وعزيز فضله & l.9. آلسعداء

THO-

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ

Liber Primus,

De

ORTHOGRAPHIA.

CAPUT PRIMUM.

De literis.

ARABUM literæ consonantes sunt XXVIII: quarum nomina, ordinem, & figuras cum suis potestatibus sequens tabella exhibet.


Ordo.	*Nomen & Potestas.*		*Figura,*			
			in fine dictionis,		extra finem dictionis,	
			annexa præced.	non annexa præced.	annexa præcedenti.	non annexa præcedenti.
1	Elif. *Spiritus lenis Græcorum, א Hebræorum.*	أَلِفٌ	ـا	ا	ـا	ا
2	Be. B.	بَآءٌ	ـب	ب	ـبـ	بـ
3	Te. T.	تَآءٌ	ـت	ت	ـتـ	تـ

Ordo.	Nomen & Potestas.		Figura.			
4	Thſe. ثَاءٌ *T blæſum.*		ـث	ث	ـثـ	ثـ
5	Gjim. جِيمٌ *G Gallorum ante e & i.*		ـج	ج	ـجـ	جـ
6	Hha. حَاءٌ *ח Hebræum, i.e. duplex H ex imo pectore protractũ H', HH.*		ـح	ح	ـحـ	حـ
7	Cha. خَاءٌ *Ch. ſeu χ Græcorum cum raſione gutturis.*		ـخ	خ	ـخـ	خـ
8	Dal. دَالٌ D.		ـد	د	ـد	د
9	Dhſal. ذَالٌ *D blæſum*		ـذ	ذ	ـذ	ذ
10	Re. رَاءٌ R.		ـر	ر	ـر	ر
11	Ze. زَاءٌ *Z, aut S inter duas vocales.*		ـز	ز	ـز	ز
12	Sin. سِينٌ *S initio dictionis, aut poſt conſonantem.*		ـس	س	ـسـ	سـ
13	Sjin. شِينٌ *Sj Belgarũ, ch Gallorũ Sch. Germanorũ, & Sh Anglorũ.*		ـش	ش	ـشـ	شـ

ـصـ صـ

Ordo.	*Nomen & Poteſtas.*		*Figura.*			
14	Sad. *TS, ſed ita ut S magis quàm T audiatur.*	صَادٌ	ـص	ص	ـصـ	صـ
15	Dad. *Idem blaſè.*	ضَادٌ	ـض	ض	ـضـ	ضـ
16	Ta. T *in gutture pronuntiatum.*	طَآءٌ	ـط	ط	ـطـ	طـ
17	Da. *Idē blaſè: vix differt à* ض.	ظَآءٌ	ـظ	ظ	ـظـ	ظـ
18	Ain. ע *Heb. difficillima litera.*	عَيْنٌ	ـع	ع	ـعـ	عـ
19	Gain. G *in gutture pronuntiatum.*	غَيْنٌ	ـغ	غ	ـغـ	غـ
20	Fe. F.	فَآءٌ	ـف	ف	ـفـ	فـ
21	Kaf. K *in gutture pronuntiatum.*	قَافٌ	ـق	ق	ـقـ	قـ
22	Kef. C *antè a o u, id eſt* K *in anteriori parte oris.*	كَافٌ	ـك	ك	ـكـ	كـ
23	Lam. L.	لَامٌ	ـل	ل	ـلـ	لـ

Ordo.	Nomen & Poteſtas.		Figura.		
24	Mim. مِيمْ M.	ـم	م	مـ	ـمـ
25	Nun. نُونْ N.	ـن	ن	نـ	ـنـ
26	Waw. وَاوْ W *noſtrum, Germanicum, Anglicum.*	ـو	و	و	ـو
27	He هَا H.	ـه	ه	هـ	ـهـ
28	Ie. يَا י *Heb. id eſt* I *conſona, quam caveant Galli ſuo more pronuncient; is enim ſonus τῦ* ج *eſt.*	ـي	ي	يـ	ـيـ



De No-

De Nominibus literarum.



NOMINA hæc τεχνικὰ sunt, ut apud nos, Be, Ce, El, Em, Ix, Zeta, &c. Quod si quædam aliud etiam significant, casu sunt æquivoca. Declinantur autem Arabibus more reliquorum nominum: unde terminationem *an* in nominativo adsciscunt, quam ego brevitatis causâ Latinè non expressi, ut ipsi quoque Arabes in recitatione Alphabeti sui eam negligunt. Elif etiam *Hamza* vocatur: ratio pòst patebit.

De Ordine.

ORDO hic Orientalium Arabum est, id est, Asiaticorum & Ægyptiorum: Occidentales, seu Mauri, paulo alium observant, scilicet

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن ص ض
ع غ ف ق س ش ه و لا ي.

Olim apud utrosque alius obtinuit, qui etiam numeris denotandis inservit, & 8 fictis vocabulis vulgò exprimitur; apud illos, scilicet Asiaticos, idem qui apud Hebræos, hoc modo,

أَبْجَدٍ هَوَزٍ حُطِّي كَلَمَنْ سَعْفَصْ قُرِشَتْ ثَخَذْ ضَظَغْ *

Apud hos, nempe Mauros, paulo alius, in hunc modũ,

أَبْجَدٍ هَوَزٍ حُطِّي كَلَمَنْ صَعْفَضْ قُرِسَتْ ثَخَذْ ظَغَشْ *

Qui in Alphabeto Asiatico hodierno ى literæ ه post-ponunt, contra omnium Lexicorum, & Alphabeticarum institutionum ipsorum Orientalium, quæ mihi videre contigit, id faciunt fidem.

De Figuris literarum.

Dubium non est, quin pleræque figuræ literarum Arabicarum à Syriacis derivatæ sint.

Septem autem scripturæ Arabicæ reperiuntur genera, quorum

Primum & potissimum est نسخي *Nischi*, quo Alcoranus vulgo apud illos solet scribi, apud nos autem libri excudi.

Secundum تعليق *Taalik*, quo Persæ utuntur; quique ad *Nischi* se habet, ut typi Hebræi Henrici Petri ad typos Plantinianos aut Bombergianos.

Tertium ديواني *Diwani*, quod in forensibus & quotidianis negotiis Turcæ usurpant; maxime cum Turcicè scribunt: habetque se ad *Nischi*, ut *Masket* Hebræorum ad scripturam Assyriacam. Ad hujus scripturæ elegantiam pertinere videtur, quod lineæ in progressu ascendunt, maximè versus finem: raro enim quid hac scripturâ expressum videas, in quo id non contingat.

Quartum قرمة *Kirma*, cujus usus fere tantum est in tabulis accepti & expensi Imperatoris Turcarum. Hoc minus attentè consideratum similius videtur esse scripturæ

vulgari Judæorum, quam τῷ *Nischi*: literis enim constat exiguis, nec invicem connexis.

Quintum est شُلْسي *Sjulsi*, in titulis librorum & diplomatum adhiberi solitum; habetque se ad *Nischi*, ut majusculi illi characteres Latini, quibus librorum tituli apud nos excudi solent, ad characteres communes: literæ enim eædem sunt quæ *Nischi*, sed multo majores & pinguiores, mireque elegantibus ductibus cohærentes.

Sextum est يَاقُوتي *Iakuti*, & septimum رَاحَني *Rahani*, sic dicta ab auctoribus suis يَاقُوت & رَاحَن; qui ad majorem scripturæ venustatem, ut sunt Arabes καλλιγραφίας studiosissimi, peculiares quosdam literarum ductus & nexus, suo quisque modo, excogitarunt.

Hisce octavum addi queat *Mauritanicum*, quod satis multum à præcedentibus differt; qua de re post nonnihil.

Nos typorum inopia primæ tantum scripturæ, tanquam præcipuæ & primitivæ, quaque cognita reliquæ nullo fere negotio addiscuntur, literales figuras proposuimus in tabula Alphabetica.

Cæterum, cum literæ Arabicæ omnes, præter sex ا د ذ ر ز و, sequenti in eadem dictione inter scribendum annectantur, & in fine liberiori ductu protrahantur, ejusdem literæ, ratione connexionis & situs, plures ortæ sunt figuræ: ita in tabella propositæ, ut prima columna eas, quæ initio dictionum, & in medio post sex illas illigabiles, secunda, quæ in medio post ligabiles: reliquæ duæ quæ in fine; prior quidem post illigabiles; posterior verò

post

poſt ligabiles uſurpantur, exhibeat. Separatim autem exprimendæ, figura finali illigabili pinguntur.

ا tamen τοῦ ل ſubjungendum peculiare quiddam habet: nam aut ſeparatim illi apponitur & quaſi cadens includitur, ſic لا; idque tum maxime, cum ل præcedenti annectitur: aut cum illo in unum coaleſcit, hoc modo لا, quum ل non cohæret cum alia. atque iſtæ literæ ſic conjunctæ nomine compoſito vocantur *Lamelif*, ac ſi una eſſent; ut & quidam opinari videntur, dum ultimæ Alphabeti literæ eas præponunt: at malè.

Variant interdum, in codicibus manuſcriptis præcipuè, ut non omnes uno modo & æquè bene pingunt, figuræ nonnihil à ſuprà poſitis; ſed ea variatio tanta eſt, ut nec regulis comprehendi, nec typis repræſentari facilè poſſit. Tu talia exemplaria nactus diligenti conſideratione & cum his noſtris collatione facilè eas agnoſces & obſervabis, etiam in omni ſcripturæ genere: eſſentialem enim ab his differentiam non habent, niſi quod Mauri *Kaf* uno puncto supernè inſigniunt, hoc modo ڧ; τοῦ *Fe* verò, ut ab illo differat, ſuum apicem ſubjiciunt, in hunc modum ڢ: quâ quidem notâ certò dignoſces codices eorum ab iis, qui in Oriente exarati ſunt.

Orientales autem pro triplici puncto τοῦ ش lineolam interdum adhibent, hoc سٙ, aut hoc سٛ modo. Vtrique compendii gratia omittunt ſubinde puncta illa διακριτικὰ, quibus ſolis figuræ quædam diverſarum literarum diſtinguuntur; ut ب ت ث ج ح خ ف ق; unde ſcriptura exſurgit lectu & intellectu difficillima. Parum eſt, quod interdum in unâ & alterâ literâ negligantur, quæ abſque iis facilè

cilè agnoſcitur: ut in Ie finali hoc modo ى ſcripto; quod paſſim accidit.

Plerumque tamen puncta illa διακριτικὰ ſolent adjici; quin & iis figuris, quæ illorum abſentiâ ab aliis diſcernuntur, ſcilicet ع ط ص س ر ن ح, quædam interdum apponi notæ, ſignificantes debitam punctorum abſentiam, τοῖς س ر ن quidem ſupernè hoc modo نرس, reliquis vero infernè, ſimiles illis aliæ, minori ut plurimum formâ, ſic ح ص ط ع. Idem ſubinde τῷ س contingit; cui & eadem de cauſa interdum tria puncta ſubjiciuntur, hoc modo س. Ita τῷ He finali aliud interdum ſuperponitur, indicans abſentiam punctorum quibus interdum inſignitur; de quo poſtea. Hæc tamen hodie raro & non niſi in accuratiſſimè ſcriptis obſervantur.

Figurarum in dictione, & dictionum in lineâ ea eſt conſequutio, quæ Orientalium ferè omnium; à dextrâ ſcilicet ſiniſtram verſus.

Pleræque autem figuræ baſi lineæ incumbunt, nec ullæ infra eam deprimuntur, præter و ر ز ﻭ ﻬ ﻳ & لا, itemque finales protractas: unde خ ح ج annectendæ literis, quæ ductum ſuum in baſi lineæ terminant, ne ipſæ deprimantur, eas, cumque iis ſæpè alias, connexas elevant: ut تَجْرِبَةٌ *experientia*, non تَجْرِبَةٌ: ſic اَلتَّجْرِبَةُ, اَلْمُخَاطِبُ *colloquens*, شَحْطٌ *remotio*, &c. Quæ autem unius ſunt dictionis, juſtè à ſe invicem ſeparatæ ſunt, nec nimis magnis diſtantiis aut vinculis ſe mutuò conſequuntur, niſi lineæ quantitas obſtet: dictio enim in fine ejus ſcribenda

 ſi ſatis

ſi ſatis loci non reperiat, admittit inter inconnexas grandius ſpatium, ac inter eas in duas partes ſecatur; quarum prior lineam reliquis adæquat, poſterior in margine ponitur, hoc modo:

فِي كُلُّ ٱلْحِذَاءِ يَحْتَذِي بِهِ ٱلْحَا *Omni calceo calceatur γυμνοπόδης.*

قَ Crebrò tamen priori ſuperponitur, ſic:

أَلْحَيَا يَمْنَعُ ٱلرِّزْ *Verecundia prohibet largitionem.*

Interdum initio ſequentis lineæ collocatur, quod perpetuò obſervant libri typis excuſi. Si autem diſſectionem iſtam dictio aliqua commodè non admittat, tota initio ſequentis lineæ reſervatur, & ad lineæ complementum præcedentis dictionis vinculum aliquod producitur in hunc modum:

فِي ٱلْبَدْءِ كَـانَ ٱلْكَلِمَةُ وَٱلْكَلِمَةُ كَـانَ عِنْدَ ٱلْـلّـٰـهِ
وَٱللّٰهُ هُوَ ٱلْكَلِمَةُ كَـانَ هٰذَا قَدِيمًا عِنْدَ ٱلْـلّـٰـهِ *

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Erat hoc æternum apud Deum.

Quæ vinculi productio in principio aut medio lineæ etiam interdum adhibetur ornatus gratia: maximè in trito illo,

بِسْـــــمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ *

In nomine Dei miſeratoris miſericordis.

Dictionum à ſe invicem diſtantia major quam quæ eſt litera-

literarum unius dictionis,in manuſcriptis vix obſervatur, quòd fines earum figuris literarum finalibus ut plurimùm facilè cognoſcantur. At periodorum ſic ſatis magna ferè adhibetur, quin & notis hiſce ۞ * *⁎* . ∴ & ſimilibus, itemque ۵ & ه fines earum non rarò indicantur; quæ tamen neceſſitate aliquâ urgente periodi membris diſtinguendis inſerviunt: particulares enim diſtinctionum & certarum orationis qualitatum notas extra Alcoranum non facilè eſt reperire. at in eo ط minio voci supernè adſcriptum periodi finem, aut colon deſignat, ut ج hypocolon, & لا comma; niſi, quod malim, hoc unionis potiùs quàm diſtinctionis notam eſſe ſtatuas. Triplex autem punctus craſſus & caudatus hoc modo ،،، & in quibuſdam exemplaribus unus ſolùm ſic ،, rhythmi nota eſt, non diſtinctionis; etſi rhythmo ſententiæ non rarò terminentur. Atque hæc diabolico illi libro peculiaria ſunt, ut alia pleraque, de quibus aliàs. Ait Theſeus Ambroſius · commatis, : coli, .·. hypocoli, :· interrogationis, ·.· reſponſionis, & ·:· periodi apud Arabes notas eſſe: ſed fides ſit penes auctorem.

ΠΑ'ΡΕΡΓΟΝ.

Solent Arabes Chriſtiani & Judæi odio Mahomedanorum pleraque ſua quæ ad religionem ſpectant ſcripta Arabica alio charactere conſignare: illi quidem Chriſtiano, id eſt Syriaco; hi vero Judaico, id eſt Hebræo. Ac tum literas ض & ظ more Arabum formant ab affinium figuris appoſito puncto, in hunc modum ܨ̇ & ܛ̇: خ autem & غ à Caf & Gimel, Judæi quidem ſuperſcripto raphe,

 hoc

hoc modo ג̄ ג̇, quibus ג̇ est ج, & כ̄ ڪ. Syri vero subscripto puncto, sed soli Caf, sic ܟ݂: nam Gimel manet nudum; cui ut repræsentet ج punctus inscribitur, hoc modo ܓ̰. Literis autem ث & ذ exprimendis Syri ܬ & ܕ, id est figuras τῶν ت د nullo constituto discrimine etiam adhibent: secus Iudæi, qui has cum daghes, sic ד תּ, illas cum raphe, in hunc modum ד̄ ת̄, exprimunt, ut tale sit horum Alphabetum Arabicum.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ

א ב ת ת̄ ג ח כ̄ ד ד̄ ר ז ס ש צ צ̇ ט ט̇

ع غ ف ق ك ل م ن ه و ي.

ע ג̄ פ̄ ק כ ל מ נ ה ו י

De Potestate figurarum.

POTESTAS seu valor figurarum est quod ipsæ tanquam signa repræsentant: estque primaria aut secundaria. Primaria est ipse literarum sonus, quem aliarum linguarum characteribus, quorum valor notus est, in tabula quam potuimus convenientissimè expressimus; quod in plerisque commodè satis fieri potuit, in aliis non item. Præcipua difficultas est in ثخذ ضطغع, maximè in حضع; quæ vivam docentis vocem requirunt.

De solis ن & ة pauca quædam hîc addenda sunt: eæ enim valorem suum interdum mutant: ة quidem in eum qui est τῆς ت, in cujus indicium hujus puncta supernè assumit hoc modo ة: quod in finibus nominum tantùm accidit,

cidit, ad genus fœmininum aut plurale designandum, ut pòst fiet manifestum.

ن autem vocali destitutum, positumque immediatè ante aliud ن, aut literas خغعحهء, retinet quidem proprium sonum, non secus ac si vocalem possideret; inque ejus indicium supernè insignitur Nun rubro, ut أَنْهَارٌ *fluvii*, مِنْ عَبْدِ ٱللّٰهِ *à servo Dei*: sed ante alias sonum variat: nam,

1. Ante ب sonat ut Mim; idque indicat Mim rubrum ei superscriptum, ut عَنْبَرٌ ámbaron, non ánbaron, *ambra*. مِنْ بَيْتٍ mim beitin, non min beitin, *de domo*. Sic Latini & Græci N ante B in M mutant: ut, imbibo, ἐμβάλλω, pro inbibo, ἐνβάλλω.

2. Ante لو مير accipit sonum sequentis, superposito Gain rubro, & apposito ad لو مير duplicitatis notâ Tesdid, de qua postea: ut, مِنْ رَبٍّ mirrabbin, non min rabbin, *à domino*; مِنْ لَيْلٍ milleilin, non min leilin, *à nocte*. Sic Latini & Græci illicitus, immunis, ἐλλείχω, ἐμμένω, pro inlicitus, inmunis, ἐνλείχω, ἐνμένω.

3. Ante reliquas sonat N cum G mixtum, quomodo Turcæ ڭ non raro pronunciant, & vulgò nunc solet efferri ע Hebræum: ejusque soni nota est Cha superscriptum, & rubedo puncti τοῦ Nun: ut, أَنْزَلَ ángzala, non ánzala,

ánzala, *demisit*: مِن طِين ming tinin, non min tinin, *ex luto*. Ante ق autem & ك, G illud τῶ N adjunctum est manifestius, sonusque ille mixtus fortior & vehementior; idque indicat punctum τῶ Nun rubrica triplicatum: ut, مُنقَلِب mungkálabon, *conversus*, مِن قَلبِه ming-kálbihi, *ex corde suo*: مُنكَدِر mungkédaron, *conturbatus*: sic مَن كَفَر meng kéfera *qui infidelis est*. Sic & N apud Latinos ante C eum quoque sonum vulgò habet: ut, incumbo, incredulus; & similiter apud Græcos ante K, sed in γ mutatum, ut συγκλάω, πέφαγκα.

Secundaria figurarum potestas sunt numeri; quorum notæ sunt eodem modo, quo Hebræis suæ: alphabeti enim ordine antiquo (ut suprà) descripti primæ IX literæ unitates exprimunt, IX sequentes denarios, reliquæ centenarios, ultima غ millenarium: cæteros additione supplent, sicut Hebræi; ut يا sit 11, يب 12, يج 13, يد 14, يه 15, كا 21, كج 23, قل 130, غق 1100, غشج 1300, غخيج 1613, غغغ 3000, &c.

Recentiores Arabes alias etiam ab Indis mutuati sunt, quas & his adjiciendas duximus.

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	0

His eodem prorsus modo utuntur, quo nos vulgaribus istis nostris; ut ١٠ sit 10, ١١ 11, ١٢ 12, ٢٠ 20, ٣٠ 30, ١٠٠ 100, ٤٠٠ 400, ١٠٠٠ 1000, ١٦١٣ 1613, & sic cætera. Observandum autem est, pro decima (.) non rarò usur-

usurpari quintam o : sed tunc quinarius hâc figurâ exprimitur 8: sic |oo est 100, |88 155.

Sed ad figuras nostras literarum revertamur: quarum duplici valori addi videtur posse tertius, quo compendii gratiâ signa integrarum dictionum sunt, assumpta ut plurimum supernè hac ~ figura in mysterii hujus indicium. idque accidit vocabuli significandi, si solum sit, literæ primæ; ut صٓ pro صَدِيقٌ *justus*, جٓ pro جَمْعٌ *plurale*, طٓ pro طَرْفٌ *finis.* si cum aliis conjunctum, vel primæ, ut كٓهٰيٰعٓصٓ pro كَافِي هَادِي يَدُهُ عَلِيمٌ صَادِقٌ *Efficax* (scilicet *est Deus,*) *director* (*fidelium,*) *manus ejus* (*sustentat omnia,*) *sciens* (*omnia,*) *verax* (*in promissis suis.*) vel alii, puta primi vocabuli primæ, medii mediæ, ultimi ultimæ; ut عٓمٓ pro عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ, עה, *super eo sit pax*: آلٓمٓ pro أَنَا ٱللَّهُ أَعْلَمُ *Ego Deus sum sapientissimus.*

CAPUT SECUNDUM.

De divisionibus literarum.

DIVIDUNTUR hæ literæ multifariam, ratione scilicet pronuntiationis, roboris, affinitatis, officii, & societatis.

Ratione pronuntiationis: in Gutturales, quæ nullum certum linguæ situm aut labiorum motum requirunt, sed in ipso gutture efformantur, suntque أَحَخَعَغَهَ.

Labiales, quæ labiorum operâ pronuntiantur, بُومُفُ.

Palati-

Palatinas, quæ efferuntur mucrone linguæ inferius palatum tangente, & interiori ejus parte superius palatum pulsando sonos distinguente, & sunt جيقك.

Dentales, quæ proferuntur mucrone linguæ tangente superiores dentes, vel inferne تذظ, vel interne تدطلن.

Linguales, quæ proferuntur mucrone linguæ superius palatum mobiliter tangendo, suntque رزسشصض. Hæ unà cum dentalibus Solares vocantur, ut reliquæ omnes Lunares.

Ratione roboris dividuntur literæ in Debiles, quæ inter pronuntiandum interdum enervantur, sonoque proprio amisso alii inserviunt, أوي; & Robustas, quibus id non accidit, quales reliquæ omnes.

Ratione affinitatis, in Permutabiles, quæ facilè invicem commutantur, quales eæ ferè omnes sunt quæ ejusdem sunt organi, itemq; ض & ظ, & longè frequentissimè Debiles أوي; & Impermutabiles, quæ non permutantur invicem, ut pleræque aliæ.

Ratione officii, in Radicales, quæ radicem ipsam seu primũ thema solummodo constituunt, sequentes, ثحج خذن رزش صضط ظعغف; & Serviles, quæ derivatis formandis & accidentibus radici inducendis non raro inserviunt, quales reliquæ. Quin & طن etiam interdum pro ت servili veniunt: sed de his postea.

Ratione societatis, in Compatibiles, quæ mutuò se in eadem

eadem dictione consequi possunt, & Incompatibiles, quæ conjungi recusant.

Incompatibiles sunt

Gutturales حَعْخَغَه : interdum tamen ه τῷ ع subjungitur.

ب & ف م . At Nun ante Be sonum τῶ Mem induit, ut jam monui.

ث & ت	ش & ض
ث & س ص ض ط ظ	ص & ض ط ظ
ج & غ ق ك	ض & ط ظ
خ & ظ ق ك	ط & ظ ك
د & ذ	ظ & غ ق
ذ & ص ض ط ظ	غ & ق ك
ر & ل	ق & ك
ز & ص ض ظ	ل & ن; si لَنْ *nequaquam*, &
س & ص ض	عَلَنَ *manifestavit*, exceperis.

At serviles his inclusas ut radicem constituentes accipio : actu enim cùm serviunt, cuilibet literæ adjungi possunt: ut بفضّة *argento*, تثبّت *confirmabis*, لِرَبِّ *domino*, كَقَوْلِكَ *ut si dicas*, &c.

Duæ quoque similes initio dictionis quàm rarissimè concurrunt, nisi prior serviat. Et ن vocali destitutum in medio dictionis rarò ponitur ante literas لوميرِ : ن autem carens vocali, etsi interdum scribitur ante ت, nunquam tamen pronuntiatur ; qua de re cap.4.

Reliquæ omnes Compatibiles ſunt, quamvis aliæ aliis ſæpius conjunguntur.

Hujus obſervationis uſus eſt ad ea ſcripta, quæ punctis eſſentialibus conſonantium deſtituuntur, meliùs legenda, corrupta reſtituenda, ambigua determinanda, & denique vocabula Arabica à Barbaris diſcernenda.

CAPUT TERTIUM.

DE VOCALIBUS.

COnſonantes ex clauſtris oris educuntur à vocalibus, quarum tabella hæc eſt.

Nomen.		*Figura.*	*Poteſtas.*
Phatha	فَتْحَةٌ	بَ	Nunc *a* purum & clarum, ut in *amabam*; nunc cum *e* mixtum, id eſt *η* Græcum, ut multi id nunc pronunciant.
Dſhamma	ضَمَّةٌ	بُ	Nunc *u* purum & clarum; nunc cum *o* mixtum, id eſt *o* obſcurum.
Keſre	كَسْرَةٌ	بِ	*i* ſimplex.

Literam ب ſingulis adjeci, ut unâ operâ ſitum earum docerem, quo ſolo prima & ultima diſcernuntur: utraque enim lineola eſt, apud Orientales quidem à dextra ſiniſtram verſus deſcendens, ut tabula eas exhibet; apud Occidentales verò prorſus jacens, hoc modo بَ بِ. Quare interdum perpendiculariter pingatur in hunc modum ٖ, pòſt fiet manifeſtum.

Valet

Valet autem Phatha *a* clarum, & Dſhamma *o* obſcurum, cùm ponuntur ſupra ultimas dictionum literas, aut ſupra خَصَضَ طَظَغَعَ : ut in ſequenti exemplo liquet, خَلَقَ ٱللَّهُ ٱلْعَالَمَ وَكُلَّمَا فِيهِ وَهُوَ لَا خُلِقَ مِنْ أَحَدٍ, Chálaka l,lâho l,álema wakóllama fihi wahȣa la chólika min áhadin, id eſt; *Creavit Deus mundum & quidquid in eo eſt; ipſe autem non eſt creatus à quoquã.* aliàs illud nunc *a* clarũ, nunc cum *e* miſtum, id eſt **a** Anglorum, *ai* Gallorum, ut in **mate**/ *faire*: hoc nunc *u* clarum, nunc cum *o* mixtum, id eſt *o* obſcurum Belgarum & Italorum; ut in **locht**, *dolce:* quod uſu diſcendum: ut إِنْ كَانَ ٱللَّهُ مَعَنَا مَنْ يَكُونُ عَلَيْنَا

In cana l,láho máana men jecȣno aleina. *Si Deus eſt pro nobis, quis erit contra nos?*

Accidit his vocalibus Productio & Nunnatio.

Productio eſt ſoni ſimplicis roboratio, & quaſi duplicatio; ita quidem, ut

Phatha ſonet *a* circumflexum ſeu longum, quomodo noſtrates pronunciant **ae**, exempli gratiâ **maer**/ **daer**: vel **a** Anglicum productum, ſeu *ã*.

Dſhamma *u* longum, ut Germani id pronuntiant, id eſt ȣ Græcorum, **oe**, Belgarum, *ou* Gallorum: ὑȣς, **boer**, *vous.*

Keſre *i* circumflexum ſeu longum, **ie** noſtrum, ut **niet**/ **riet.**

Quod tum iis accidit, cùm habent poſt ſe literas أوي vocalibus deſtitutas.

Phatha quidem ا, ut قَارْ, KA͞P.

Dſhamma verò و, ut قُورْ, Kōp.

Keſre autem ي, ut قِيرْ, Kīp.

Exuunt enim in tali ſtatu literæ iſtæ poteſtates ſuas, (unde vulgò dicuntur quieſcere) & naturam vocalium præcedentium induunt, cumque iis in unam longam coaleſcunt.

Nunnatio eſt additio ſoni Nun ad ſonum earum, ita ut ſonent *an*, *on*, *in*, ſintque ſyllabæ inverſæ potius quàm vocales: quod accidit iis tantùm ad extremas nominum literas; ejuſque in ſcriptura indicium eſt duplicatio figuræ, hoc modo, بً vel بً, بٌ, بٍ vel بٍ; quæ ſonant بَنْ, بُنْ, بِنْ, *ban*, *bon*, *bin*. Unde & Nun, quod in iis includitur conditionibus illis mutationis ſubjectum eſt, quibus نْ ſubjectum eſſe dictum eſt capite primo. ً autem niſi ponatur ſupra ة, aut ء pro ا poſitum, aſſumit poſt ſe ا, hoc modo بًا, abſque ullo ſoni augmento. Et ٌ compendii gratia non rarò ſic pingitur ٌ ٌ ٌ.

CAPUT QUARTUM.

De ſyllabis, ubi de Gjezm & Teſdid.

EX conſonantibus & vocalibus conſurgunt Syllabæ, ita ut in pronuntiatione conſonæ vocales ſemper præcedant: nulla enim ſyllaba Arabica à vocali inchoatur, aut ea ſola conſtat. ſuntque puræ vel mixtæ.

Pura eſt, quæ conſtat unâ ſolâ conſonante & vocali, eâque

eâque vel brevi : ut بَ بِ بُ, velut in نُصِرَ *adjutus fuit*; vel longâ, ut بَا بُو بِي, velut in نَاصِرِينَ, نَاصِرُونَ, *juvantium, juvantes.*

Mixta, quæ duabus consonantibus vocali unâ copulatis, ut بَلْ بُلْ بِلْ (quò pertinent literæ cum vocali nunnata, ut بٌ بٍ بً) ubi vides ultimam literam hâc notâ (ْ), quæ tamen non rarò imperfectè sic (•) vel sic (ْ) pingitur, supernè insigniri, cujus nomen est جَزْمٌ *Gjezmon*, i.e. *resectio:* officium verò indicare eam cui superponitur literam syllabam mixtam constituere, & cum præcedente vocali copulari. Invenies quidem eam etiam literis اوي quiescentibus subinde appositam, ut نَاصِرِيْنَ, نَاصِرُوْنَ: sed minùs bene; ut præter rationes, quæ adferri queant, correctissima Alcorani exemplaria, eam istis locis non habentia, abunde confirmant. Sed nec ا in fine dictionis post و quiescens id agnoscit: quia nullum sonum auribus exhibet, ut نَصَرُوا *juverunt;* non verò نَصَرُوْاْ.

Secunda syllabæ mixtæ litera compendii causa inter scribendum non exprimitur, cum immediatè post se habet aliam sui similem, sed per figuram quandam sequenti appositam commodè repræsentatur: cui figuræ nomen est تَشْدِيدٌ *Tesdîd*, i.e. *roboratio, duplicatio*; forma, ista (ّ); situs, supra literam: Occidentalibus tamen etiam hâc formâ

(ـ) subjicitur; sicut hâc (ـ), & hâc quoq; (ـ) subinde, superponitur: ut نَزَّلَ , نَزَّلَ ; نَزَّلَ , نَزَّلَ , pro نَزْزَلَ. Duplicat itaque figura ista literam suam; ac omnibus omnino consonantibus communis est; excepto ا, quod ut consonans vocali destitui nequit.

Est autem Tesdid duplex: Necessarium, & Euphonicum.

Necessarium est, quod adscribitur literæ immediatè ante se vocalem habenti: ut in exemplis allatis.

Euphonicum verò, cujus litera ante se habet consonam vocali destitutam, quæ Euphoniæ causa in pronuntiatione periens sequenti similem in locum suum substituit.

Estque Commune, vel Initiale.

Illud est quod supra mediam vel ultimam dictionis literam ponitur.

Estque Deltale, vel Lambdale.

Deltale adscribitur literæ ت post د, ut وَجَدْتُّ wagjatto, *inveni*; حَمِدْتُّمْ hamattum, *laudastis*.

Lambdale apponitur literis Solaribus post ل Articuli أَلْ ὁ ἡ τὸ nominibus præfixi: ut أَلرَّبُّ errábbo, ὁ κύριος; أَلدِّينُ eddíno, ἡ κρίσις; أَللّٰهُ alláho, ὁ Θεός: in quo tamen ultimo litera in prioris locum supposita ab ea non differt. Sic Latini pro adtollo dicunt attollo, pro conripio corripio, pro conligo colligo, non pingentes literam euphonicè mutatam: alioqui scriberent adttollo, conrripio, collligo:

secus

ſecus Arabes confuſionis evitandæ gratia. ل tamen Articuli non rarò omittitur, cùm Solaris eam ſequens ل quoq; eſt, ad compendium & ſcripturæ elegantiam: ut أَلَّيْل pro أَللَّيْل ἡ νύξ, أَلَّهَبُ pro أَللَّهَبُ, ἡ φλόξ. Quod ob frequentem uſum perpetuum eſt in pronomine relativo أَلَّذِي, ejuſque fœminino أَلَّتِي, & plurale maſc. أَلَّذِينَ, (nunquam autem in reliquis caſibus, quia rariores ſunt) ſcribuntur enim pro أَللَّذِينَ أَللَّتِي أَللَّذِي: & ſemper quoque accidit cùm Articulo præfigitur ل dativi caſus nota, ne tria Lam concurrant; ut لِلَّيْلِ *nocti* pro لِلْلَّيْلِ, لِلَّهِ *Deo*, pro لِلْلَّهِ.

Initiale eſt quod ſupra primam dictionis literam ponitur, adeoque ultimam præcedentis ſupplet.

Eſtque Primarium, aut Secundarium.

Primarium eſt, quod apponitur literis لومير immediatè ante ſe habentibus Nun gieſmatum: expreſſum, ut مِنْ رَبِّهِ mir rábbihi, *à Domino ſuo*; vel latens in vocali nunnata, ut قَلْبٌ مُطَهَّرٌ qalbom mutáhharon, *cor mundum* ſeu *mundatum*.

Secundarium, quod apponitur cuivis non gutturali immediatè poſitæ poſt ſui ſimilem giezm affectam; ut

مَنْ يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ men jeſtágfir rábbaho, *qui petit veniam à Domino ſuo.* ubi ſimilis pro ſimili tantùm ponitur, adeoque nulla ſoni mutatio inducitur: unde non video cur id fiat, niſi fortaſſis ut duæ iſtæ voces in unam coaleſcant. Invenies & interdum tale teſdid poſt ſimilem vocali affectam, ſed minio pictum, quod notat quædam exemplaria id non agnoſcere; &, me judice, bene: nullam enim rationem video cur apponatur.

Cæterùm teſdid initiale non in quibuſvis codicibus reperitur: ſed ex regulis poſitis facile eſt noſcere ubi ſubintelligendum ſit, ſi pictum non compareat.

CAPUT QUINTUM.

De reliquis notis Orthographicis; ubi de Hamza, Weſla, & Medda.

HAMZA.

ء (pro quo Mauri punctum craſſum flavo aut viridi colore uſurpare ſolent) *Hamza* i.e. *punctio* vocatur, & ſervus eſt literæ Elif mobilis; eiq; cum vocali appoſitum, motum ejus indicat actualem, ut أَنْ , أُنْ , إِنْ ; ut ſine ea, potentialem, id eſt, ا natura ſua radicale & mobile eſſe, ut يَأْمَنُ *ſecurus eſt*: unde & nomen ejus τῷ ا mobili ſæpe attribuitur: quin & pro eo uſurpatur, idemq; in pronuntiatione valet, cùm poſitum in fine dictionis, habet ante ſe aliquam literarum اوي ; ut مَتَاءٌ , سُوءٌ , شَيْءٌ , pro مَتَاأٌ سوا

سُوأ , شَيْئًا, *aqua,malum,res;* aut in medio literam aliã vocali carentẽ,ut يَسْـل pro يَسْأَل, *rogabit,* vel aliud ا,ut أَءَنْذَرَ pro أَأَنْذَرَ, *an terruit?* Literis autem و & ي superscriptum indicat eas pro ا suâ naturâ mobili poni: ut يُـؤْمِنُ pro يُـأْمِنُ, *credet,* إِيزِرْ pro إِأْزِرْ *cinge.*

W E S L A.

ـ *Wesla* vocatur, & soli quoque ا adscribitur, in principio vocum, cùm id, vocali sua abjecta, planè otiosum est, quæque eam sequitur consonans cum præcedentis dictionis ultima vocali uniri debet: ut قَلْبُ ٱلْمَلِكِ Kalbo-lméliki, *cor regis.* Nihil itaque ـ est aliud, quàm unionis illius indicium.

A N N O T A T I O.

UNIONI autem huic subjectum Elif initiale est triplex, Verbale, Nominale, & Articulare ـ.

Verbale est duplex; Imperii & Characteristicum.

Imperii, est quod format Imperativum primæ Conjugationis, ut أُنْصُرْ onsor, *juva,* إِضْرِبْ idrib, *verbera.*

Characteristicum, quod initiale est in Præteritis Activis, Imperativis, & Infinitivis Conjugationum derivativarum secundæ & tertiæ classis: ut

إِنْصَرَفَ	إِنْصَرِفْ	إِنْصِرَافًا	*mutatus fuit, mutatur, mutando.*
إِسْتَطْعَمَ	إِسْتَطْعِمْ	إِسْتِطْعَامًا	*cibum petiit, pete cibum, petendo cibum.*

Nominale est in his decem Nominibus.

اِمْرَأٌ	*vir.*	اِثْنَانِ	*duo.*
اِمْرَأَةٌ	*mulier.*	اِثْنَتَانِ	*duæ.*
اِبْنٌ	*filius.*	اِسْمٌ	*nomen.*
اِبْنَةٌ	*filia.*	اِسْتٌ	*nates.*
اِبْنُمٌ	*filius.*	أَيْمُنٌ	*juramentum.*

Articulare est Articuli أَلْ ὁ ἡ τὸ: quò pertinet id, quod est in Relativo أَلَّذِي, & Casibus ejus.

In his omnibus (nisi initio ponantur sententiarum, aut post Articulum) ا initiale vocali suâ privatur, & quæ eam sequitur litera vocali destituta, unitur cum vocali terminante dictionem præcedentem, aut servilis præfixæ: ut يَدُ ٱبْنِكَ jedo-b,nica, *manus filii tui*, بِٱبْنِكَ bíbnica, *in filio tuo.*

Si dictio præcedens terminetur consonante, ea adsumit Kesram: ut ضَرَبَتِ ٱلْأُمُّ darabati-l,ommo, *verberavit mater.* مَنِ ٱبْنُكَ Meni-b,nuca, *quis filius tuus?* ubi ضَرَبَتِ est pro ضَرَبَتْ, مَنِ pro مَنْ. Sed terminationes verbales تُمْ & وْا, itemque Affixa كُمْ & هُمْ, adsumunt Damma: ut قَتَلَهُمُ ٱلْعَدُوُّ katalâhumo-l,adouwo, *occîdit eos hostis,*

hostis, غَزَوُا ٱلْعَدُوَّ gazawo-l,adouwa, *oppugnarunt hostem*, & مِنَ *à* Fatham: ut مِنَ ٱلْمَلِكِ mina-l,méliki, *à Rege.*

Si autem præcedat nunnata, ea ante Articulum أَلْ abjicit Nun: ut بَيْتٌ ٱلْمُقَدَّسُ Beito-l,mukáddaso, *Domus sanctificata*, pro بَيْتٌ. Alibi retinet, & ا unionis licet vocalem suam adscriptam non habeat, in pronuntiatione tamen eam adsumit: ut مَدِينَةٌ ٱفْتُتِحَتْ medinatòn iftétahat, *urbs quæ capta est.*

Si præcedat aliqua literarum اوي quiescens, ea non obstat unioni, ut غَزَا ٱلْمَدِينَةَ gazâ-l,medínata, *oppugnavit urbem*, يَغْزُو ٱلْمَدِينَةَ jagzou-l,medínata, *oppugnabit urbem*, نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ nasarou-l,mélica, *opem tulerunt regi*, أُنْصُرِي ٱلْأَخَ onsorî-l,acha, *adjuva f. fratrem.* Sed Affixa ي *meus, mea, meum*, & نِي *me*, adsumunt Fatham super ي: ut كِتَابِيَ ٱلْعَظِيمُ kitábia-l,adîmo, *liber meus magnus.* ضَرَبَنِيَ ٱلْمُعَلِّمُ darabanía-l,muállimo, *verberavit me præceptor.*

Observa autem omnia Elif unionis servilia esse, & omnia naturaliter Kesram possidere; præter Imperativum, quod interdum habet Damma, & Articulare, quod Fatham; uti & Nominale in solo أَيْمُنٌ.

Nota quoque hanc Regulam :

Elif unionis, ſequente immediatè vocali, excidit : ut مُدَّ pro أُمْدُدْ *extende.*

MEDDA.

˜ *Medda* vocatur, & apponitur ا quieſcenti ante ء, idque producitur : ut سَمَآءٌ ſamâon, *cœlum.* Superſcribitur tamen quoque notis Arithmeticis : & dictionum compendiis, ſeu literis integras dictiones repræſentantibus, ut apud Hebræos ſignum′ hoc.

De Accentibus.

ACcentus hic nulla eſt nota : ſed quæ dictionis ſyllaba attollenda ſit, facilè cognoſcitur. Nam diſſyllaba attollunt penultimam : ut بَيْتٌ beíton, *domus.* أُنْصُرْ onſor, *adjuva.* Polyſyllaba antepenultimam : ut مَكْتَبٌ méctebon, *ſchola.* يَنْصُرُ jánſoro, *adjuvabit.* Niſi penultima producatur per اوي quieſcens ; tunc enim ea accentum habet : ut إِلَاهٌ ilâhon, *deus.* غَفُورٌ gafóuron, *condonans.* رَحِيمٌ rahîmon, *miſericors.*

LIBRI

LIBRI PRIMI APPENDIX VERE AUREA. *SEU* CANONES

De

Literarum اوي Natura & Permutatione.

CANONES GENERALES.

I.

LITERÆ أوي frequenter inter ſe commutantur. ſed in principio dictionis; itemque in medio, & fine, poſt Gjezmam, conſtanter manent.

II.

Literæ اوي vocalibus deſtitutæ, poſt vocales heterogeneas, iis fiunt homogeneæ: ut

نُؤْيٌ	pro	نُأْيٌ	*incile.*
بِئْرٌ		بَأْرٌ	*puteus.*
نَارٌ		نَوَرٌ	*ignis.*
مِيعَادٌ		مِوْعَادٌ	*dictus locus*, vel *dictum tempus.*
دَارٌ		دَيَرٌ	*domus.*
مُوقِنٌ		مُيْقِنٌ	*certum reddens.*

EXCEPTIO.

و & ي post Fatham non rarò manent; & diphthongescunt, adscriptâ Gjezmâ; aut quiescunt instar ا*, sine Gjezmâ: ut*

يَوْمٌ Jaumon, *dies.* رَمَيَهُ Ramâho, *jecit eum.*

لَيْلٌ Leilon, *nox.* غَزَوَةٌ Gazâton, *oppugnatio.*

III.

Literæ اوي quiescentes, sequente Gjezmâ, excidunt: ut

يَخَفْ pro يَخَافْ *timeat.*

يَقُمْ pro يَقُومْ *stet.*

يَسِرْ pro يَسِيرْ *eat.*

ANNOTATIO.

Elif unionis non fit quiescens, nec huic regulæ subjicitur: ut فَانْصُرْ itaque adjuva.

CANONES SPECIALES.

ELIF.

I.

Elif in medio dictionis mobile per Damma, in و; per Kesram, in ي mutatur: ut

اوب

أَوُبٌّ } pro { أَأُبٌّ *pascua.*
سُئِلَ } pro { سُأَلَ *rogatus fuit.*

Etiam post Elif quiescens: ut

قَآئِلٌ } pro { قَآءِلٌ *dicens.*
مَآؤُهُ } pro { مَآءُهُ *aqua ejus.*

Elif in medio dictionis mobile per Fatham, post Damma, in و; post Kesram, in ي mutatur: ut

دُوَبٌ } pro { دُأَبٌ *studia.*
فِيَةٌ } pro { فِأَةٌ *agmen hominum.*

III.

Elif in fine dictionis, post Damma, in و; post Kesram, in ي mutatur: ut

دَنُوَ } pro { دَنُأَ *vilis fuit.*
خَاطِيٌ } pro { خَاطِأٌ *peccans.*

IV.

Elif in fine dictionis post Fatham, mobile per Damma, in و; per Kesram, in ي mutatur: ut

تَفْعَوُ } pro { تَفْعَأُ *desinis.*
سَنَيٍ } pro { سَنَأٍ *foliorum sennæ.*

Elif

V.

Elif quiescens post Elif Fathatum excidit, Fatha perpendiculariter picta, vel adscripta Medda: ut

أٰمَنَ vel آمَنَ pro أَأْمَنَ *credidit.*

VI.

Elif quiescens, sequente alio Elif quiescente, in و Fathatum mutatur: ut

نَوَاصِرُ } pro { نَاٰاصِرُ *adjutrices.*

ANNOTATIO I.

و & ي *ex Elif mobili descendentes Hamzam perpetuò adscriptam habent. &* ي *punctis non rarò suis tunc destituitur. Mobile autem Elif & illud est, quod, licet actu vocalem non habeat, radicale tamen est, eamque habere aptum: ut* بِئْرٌ.

ANNOTATIO II.

Voculæ inseparabiles و ل ف ب ا *non censentur Elif in medium collocare: ut* لِأَبٍ patri, كَأُمٍّ instar matris: *nisi in Particulis quibusdam: ut* أَئِنْ an si? لِئَلَّا ut ne.

CANONES WAW.

I.

و in medio dictionis mobile per Fatham, post Kesram,

ram, interdum in ي mutatur: ut

ثِيَابٌ } pro { ثِوَابٌ *veſtes.*

I I.

ى in medio dictionis, habens poſt ſe aliud و quieſcens, ſæpe id expellit:

طَاوُسٌ } pro { طَاوُوسٌ *pavo.*
رُؤُسٌ } pro { رُؤُوسٌ *capita.*

I I I.

ى finale poſt Fatham nequit moveri, ſed abjectâ ſuâ vocali, & rejecto ad Fatham Nun vocali, ſi quod adſit, quieſcit, in ا mutata, ſi ſit tertia dictionis litera; aut in ي converſa, ſi quarta, aut ulterior: ut

غَزَا } pro { غَزَوَ *oppugnavit.*
عَصًا } pro { عَصَوٌ *baculus.*
يُغْزَي } pro { يُغْزَوُ *oppugnatus fuit.*
مُعْطًى } pro { مُعْطَوٌ *datus.*

I V.

ى finale poſt Damma, non fert Damma, vel Keſram; ſed i is abjectis, quieſcit: ut

رَدٍّ } pro { رَدُّو } & { رَدُّوٍ *periens* & *pereuntis.*

Si adſit Nun vocale, id retrocedit, & ى excidit: ut

 ادل

أَدْلٌ } pro { أَدْلُوٌ } & أَدْلِيٌ *ſitulæ.*

V.

و finale poſt Keſram, in ي mutatur: ut

رَضِيَ } pro { رَضِوَ *gratum habuit, εὐδόκησε.*

VI.

و ſervile in fine dictionis, ne eam terminet, adſciſcit Elif otioſum: ut

نَصَرُوا } pro { نَصَرُو *juverunt.*
رَمَوْا } pro { رَمَوْ *jecerunt.*

CANONES IE.

I.

ي in medio dictionis, mobile per Fatham, poſt Damma, interdum in و mutatur: ut

رُمْوَانٌ } pro { رُمْيَانٌ *projectio, jaculatio.*

II.

ي in medio dictionis, habens poſt ſe aliud ي quieſcens, ſæpe id expellit: ut

رَيِّسٌ } pro { رَيْيِسٌ *præfectus.*

III.

ي finale poſt Fatham nequit moveri, ſed abjectâ ſuâ vocali

vocali, & rejecto ad Fatham Nun vocali, si quod adsit, instar Elif quiescit: ut

أُوْلِي } pro { أُوْلَيٌ أُوْلِيٍ أُوْلِيٌ *prima, æ, am.*
فَتًى } pro { فَتَيًا فَتِيٍ فَتًيٌ *vir, i, um.*

Si aliud ي præcedat, mutatur in ا: ut

هَدَايَا } pro { هَدَايِيُ *res oblatæ, munera.*

Excipiuntur يَحْيَي & رُبَّي *nomina propria virorum.*

IV.

ي finale post Kesram, non fert Damma, vel Kesram; sed, iis abjectis, quiescit: ut

حَافِي } pro { حَافِيُ & حَافِيِ *nudipes, dis.*

Si adsit Nun vocale, id retrocedit, & ي excidit: ut

رَامٍ } pro { رَامِيٌ & رَامِيٍ *jaculator, is.*

V.

ي finale post Damma, id in Kesram mutat; ipsum non mutatur: ut

تَمَنِّي } pro { تَمَنُّيُ *optatio.*
أَيْدٍ } pro { أَيْدُيٌ *manus* plur.

Etiam intercedente و: quod in ي vertitur: ut

مَرْمِيٌّ } pro { مَرْمُوِيٌ *jactus.*

CANONES WAW & IE.

I.

و & ي mobiles, ante و & ي quiescentes excidunt, vocali suâ abjectâ, si præcedat Fatha; (cum quâ quiescens diphthongescit,) aut rejectâ, in locum præcedentis vocalis, si ea sit Damma vel Kesra: ut

رموا	pro	رميوا	*jecerunt.*
تغزين	pro	تغزوين	*oppugnaberis fœm.*
أغزي	pro	أغزوي	*tu fœmina oppugna.*
غازون	pro	غازوون	*oppugnantes.*
يرمون	pro	يرميون	*jacient.*

II.

و & ي mobiles, ante literam mobilem, post Fatham, sæpe in Elif quiescens mutantur: ut

قام	pro	قوم	*stetit.*
سار	pro	سير	*profectus fuit.*

III.

و & ي ita concurrentibus, ut prior vocalem non habeat, mutatur و in ي, duoque ي per Tesdid coalescunt: ut

أيّام pro أيوام *dies* plur.

و &

IV.

و & ي finales, post Elif servile, in Hamzam mutantur: ut

رِدَآءٌ سَمَآءٌ	pro	رِدَايٌ سَمَاوٌ	*pallium.* *cœlum.*

OBSERVATIO I.

Cùm in hisce Canonibus, literæ أَوِي *vocali alicui postpositæ dicuntur, immediata intelligitur postpositio, non intercedente scilicet Gjezma, aut literâ quiescente expressâ, vel latente in Tesdid: ut fit in*


سَطْوٌ	*insultatio,*	سَطْوِ	*insultationis.*
عَدُوٌّ	*inimicus,*	عَدُوِّ	*inimici.*
اَتْيٌ	*perditio,*	أَتْيِ	*perditionis.*
رِكِيٌّ	*putei,* vel *infirmus.*	رِكِيِّ	*puteorum,* vel *infirmi.*
تَحْوِيلٌ	*mutatio.*	مَرْمِيُّونَ	*jacti, petiti.* plur.

OBSERVATIO II.

Affixa censentur Elif in medium collocare, non و & ي*: ut*

مُسَآءٌ	مُسَآوُهُ	non	مَآءُهُ	*aqua ejus.*
مُسَآءٍ	مُسَآئِهِ		مَآءِهِ	*aquæ ejus.*
رَمَى	رَمَيَهُ		رَمَيَهُ	*jecit illum.*
غَزَا	غَزَاهُ		غَزَوَهُ	*oppugnavit eũ.*

FINIS LIBRI PRIMI.



THO-

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ

Liber Secundus,

De

VERBO.

Caput Primum.

De Verbo in Genere.

PRIMA Verbi vox ſeu thema apud Arabes vocatur أَصْلٌ, id eſt, *radix*; & literæ ejus أَصْلِيَّةٌ id eſt, *radicales*: ad quas quæ accedunt ad formationem Conjugationis, Temporis, Perſonæ, Numeri, Generis, & Nominis, quales ſunt ſeptem, quas comprehendit vox يَتَسَمَّنُوا *pinguefient*; vel ad conſignificationem, quales inſuper quatuor, contentæ voce بِفُلْكٍ *in navi*, Accidentales ſeu ſerviles vocantur, ut dictum eſt Cap. 2. lib. 1. Eſtque radix tertia præteriti perſona ſingularis maſculina:

sculina: quæ paucioribus quàm tribus, ut in نَصَرَ *adjuvit*, مَدَّ *extendit*, pluribus quàm quatuor, ut in تَدَحْرَجَ *volvit*, غَرْغَرَ *fefellit*, nequit constare literis: quarum prima *Fe* dicitur, penultima *Ain*, & ultima *Lam*: quòd eum singulæ obtineant locum, quem literæ istæ in usitato paradigmate فَعَلَ *fecit*.

In verbo autem consideranda sunt sex. 1. Qualitas. 2. Conjugatio. 3. Tempus. 4. Numerus. 5. Persona. 6. Genus.

I. Qualitate aliud est ἀνάλογον seu Regulare, quod scilicet regulam communem seu typum Conjugationum (qui est verbum فَعَلَ) sequitur; qualia omnia illa sunt quæ nec secundam tertiæ similem habent, nec aliquam literarum أوي radicalem: vel ἀνώμαλον seu Irregulare, quod ab ea regula recedit, qualia sunt reliqua fere omnia. Illud Perfectum, hoc Imperfectum vulgò solet appellari.

II. Conjugatio genus significationis activum aut passivum continet. Deducuntur autem trilitera per tredecim conjugationes, denominatas à formâ quam in singulis habet paradigma فَعَلَ: in quibus omnibus observanda sunt Character & Significatio.

Prima nuda & simplex est, omnique charactere destituta: ut

فَعَلَ 1.

Reliquæ certis literis characteristicis affectæ, & in tres classes

classes divisæ : quarum prima continet formata à radice adjectione unius, secunda duarum, tertia trium literarum: hoc modo,

III.		II.		I.	
إِسْتَفْعَلَ	10	تَفَعَّلَ	5	فَعَّلَ	2
إِفْعَالَّ	11	تَفَاعَلَ	6	فَاعَلَ	3
إِفْعَوْعَلَ	12	إِنْفَعَلَ	7	أَفْعَلَ	4
إِفْعَوَّلَ	13	إِفْتَعَلَ	8		
		إِفْعَلَّ	9		

Ubi quæcunque literæ accedunt ad فَعَلَ characteris vice funguntur.

Sed observandum est in octava إِفْتَعَلَ, ت epentheticon mutari interdum in ط vel د.

In ط quidem, cùm prima radicis est una literarum صضطظ : ut اِصْطَبَغَ *intingi*, pro اِصْتَبَغَ; اِضْطَرَمَ *accendi*, pro اِضْتَرَمَ; اِطَّبَعَ *imprimi*, pro اِطْتَبَعَ; اِظَّلَمَ, *injuriâ affici*, pro اِظْتَلَمَ, ubi ط insuper in ظ mutatur, & cum priori per tesdid coalescit.

In د verò, cùm prima radicis est una literarum دذز: ut pro اِدْتَرَأَ dicitur اِدَّرَأَ *propelli*, pro اِذْتَكَرَ *recordari*, اِذَّكَرَ,

ut

ut ن radicale etiam in ت mutetur, & cum ſequenti contrahatur; vel إِتَّكَرَ, ut è contrario poſterior priori aſſimiletur; vel إِنْتَكَرَ utrâque ſalvâ manente: pro إِزْتَلَقَ, إِزْدَلَقَ prolabi; & ت interdum in ز conversâ أَزَّلَقَ.

At ipſum illud ت mutat primam radicis in ſui ſimilem cum quâ per teſdid unitur, cùm ea eſt ا, ث, و, aut ي: ut إِتَّخَذَ incipere, pro إِأْتَخَذَ; إِثَّبَتَ firmari, pro إِثْتَبَتَ; إِتَّجَرَ transfigi, pro إِوْتَجَرَ; إِتَّسَرَ ludere aleis, pro إِيْتَسَرَ: ſi autem ſit ت, abſque ullâ mutatione cum illo coaleſcit.

In prima autem conjugatione verba ſignificationem habent ſimplicem & activam, quam à prima ſua origine poſſident; eamque vel tranſitivam, ut كَتَبَ ſcripſit; vel intranſitivam, ut حَزِنَ triſtatus eſt: in reliquis verò intentam, ſeu auctam, vel alio modo mutatam: etſi & in pleriſque earum primitivam ſignificationem obtinere poſſint, maximè ea quæ in prima conjugatione ſunt inuſitata.

Secunda autem فَعَّلَ, & quarta أَفْعَلَ, ex abſolutis formant tranſitiva; ut حَزَّنَ & أَحْزَنَ contriſtavit: ex tranſitivis tranſitiva in ſecundum; ut ضَرَّبَ & أَضْرَبَ verberare fecit.

Tertia فَاعَلَ ſignificat actionem in id à quo ſimilis actio recipitur: بُطْرُسُ ضَارَبَ بُولُسَ Petrus verberavit

ravit Paulum; ſed ita, ut à Paulo reverberatus fuerit, adeóque mutuo ſe verberaverint, at Petrus tamen prior Paulum. Et ſic neutra; ut بُطْرُسُ قَاعَدَ بُولُسَ *Petrus ſedet cum Paulo, conſidet illi.*

Sexta تَفَاعَلَ cooperationem & mutuam actionem, ut Latinornm compoſita per *con* & Græcorum per *σὺν*: ut تَضَارَبَ *alter alterum verberavit*; تَلَاعَبَ غِلْمَانٌ *colluſerunt pueri*: تَصَارَعَ بُطْرُسُ وَبُولُسُ *Petrus & Paulus colluctati ſunt.*

Quinta تَفَعَّلَ, ſeptima اِنْفَعَلَ, & octava اِفْتَعَلَ formant abſoluta & paſſiva: quinta quidem & ſeptima à ſecundâ, ut عَلَّمْتُهُ وَهُوَ تَعَلَّمَ *docui eum & ipſe doctus fuit*, ſeu *didicit.* كَسَّرْتُ ٱلْإِنَاءَ فَٱنْكَسَرَ *fregi vas & fractum eſt*, id eſt, ſivit ſe frangi nec reſtitit actioni meæ. octava verò à prima, ut قَصَرْتُ ذٰلِكَ فَٱقْتَصَرَ *abbreviavi hoc & abbreviatum eſt.*

Nona اِفْعَلَّ & undecima اِفْعَالَّ formant abſoluta colorum cum intenſione: mediocri quidem prior, vehementiori verò poſterior; ut اِصْفَرَّ *valde flavus fuit*, اِصْفَارَّ *multo flaviſſimus fuit*: & deformitatum verba; ut اِضْجَمَّ & اِضْجَامَّ *ore diſtorto fuit.*

 Deci-

Decima اِسْتَفْعَلَ petitionem designat: ut اِسْتَغْفَرَ *veniam delicti petiit*, à غَفَرَ *remisit*, اِسْتَطْعَمَ *cibum petiit*, à طَعَمَ *gustavit, edit.*

Duæ ultimæ, quæ rarissimæ sunt, significationem intendunt, ut اِخْشَوْشَنَ *valde asper fuit*, à خَشُنَ *asper fuit*, اِعْلَوَّطَ *fortiter adhæsit*, ab عَلَطَ *adhæsit.*

Non rarò tamen conjugationes derivativæ, maximè quarta, quinta, octava, & decima aliter accipiuntur, quod usu discendum, & ex dictionariis: sicut & in quibus conjugationibus quodque verbum usitatum sit: non enim quælibet radix in qualibet conjugatione occurrit. Multæ, ut apud Hebræos, in una solùm conjugatione usurpantur; multæ in pluribus; nulla in omnibus.

Quadrilitera autem quatuor solùm agnoscunt conjugationes, quarum prima primæ, secunda quintæ, tertia septimæ, quarta nonæ triliterorum respondet: suntque hujusmodi,

1	فَعْلَلَ	3	اِفْعَنْلَلَ
2	تَفَعْلَلَ	4	اِفْعَلَلَّ

ut دَرْبَحَ *inclinavit caput*, تَرَهْوَكَ *superbivit*, اِحْرَنْجَمَ *tumultuatus fuit*, اِقْشَعَرَّ *horripilavit.*

Ad tertiam اِفْعَنْلَلَ malo cum nonnullis Arabum Gram-

Grammaticis reducere اقعنسس *pectus egrediens habuit*, & اسلنقي *pronus cubavit*, quàm cum aliis eorum causâ particulares triliterorum conſtituere conjugationes.

Eſt autem cujuſque conjugationis forma duplex, Activa & Paſſiva; quarum eadem ratio quæ in linguâ Hebræâ & aliis: unde verba intranſitiva cujuſcunque tandem ſint conjugationis convenienter naturæ ſuæ paſſivam non agnoſcunt.

III. In conjugatione quinque ſunt partes, quæ tempora & modi vulgo dicuntur. 1. Præteritum. 2. Futurum. 3. Imperativus. 4. Participium. 5. Infinitivus.

In quibus omnibus tria conſideranda ſunt. 1. Significatio. 2. Literæ ſerviles. 3. Vocales literarum radicalium.

1. Significationem quod attinet,

Præteritum reſpondet noſtro præterito perfecto indicativi modi: ut سقط *cecidit*, مات *è vita exceſſit*.

Sed verbum ſubſtantivum كان *fuit*, itemque particulæ لو *ſi*, ان *ſi*, اذا *cùm*, ei præpoſitæ hanc ſignificationem ſolent immutare.

Præteritum enim ejuſdem verbi كان importat ei ſignificationem præteriti pluſquam perfecti indicativi: ut كان ضرب *verberaverat*, quaſi dicas, *fuit verberavit*; ſic كانوا قالوا *dixerant*; كان قد امسك *jam prehenderat*, &c.

لو *si* id vertit in Optativi præſens vel præteritum perfectum; & quod ſequitur præteritum, eodem tempore exponendum eſt, habetque ل in capite præfixum: ut لَوْ عَلِمْتُ هٰذَا لَنَصَحْتُكَ *ſi ſcirem hoc, monerem te*, vel *ſi ſciviſſem hoc, monuiſſem te*. Sed ſi ſecunda enuntiationis pars neganda eſt, uſurpatur futurum cum لَمْ (quod id in præt. vertit, ut pòſt dicetur) nec ل ullum adſciſcitur: ut لَوْ كُنْتَ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ أَخِي *ſi fuiſſes hîc, non mortuus eſſet frater meus.*

ان *ſi* id vertit in Subjunctivi futurum, cùm aliud præteritum (aut hujus loco futurum converſum) ei ſubjungitur; quo caſu ſecundum vertendum eſt per futurum Indicativi: ut إِنْ قُلْتُمْ لِي قُلْتُ لَكُمْ *ſi dicatis mihi, dicam vobis*; إِنْ مَا قُلْتُمْ لِي لَمْ أَقُلْ لَكُمْ *ſi non dicatis mihi, non dicam vobis.* Puto tamen hâc etiam formâ efferri præteritum conditionatum: *ſi dixiſtis mihi, dixi vobis; ſi non dixiſtis mihi, non dixi vobis.* Vel in Subjunctivi aut Indicativi præſens, ſi aliud præteritum non ſubjungitur: ut إِنْ كُنْتَ ٱبْنَ ٱللّٰهِ فَقُلْ *ſi es filius Dei, dic*, &c.

إِذَا & إِنْ *cùm* id ſæpe vertit in Subjunctivi futuro-præteritum, ſeu futurum in *ro*: ut إِذَا كَتَبْتَ ذٰلِكَ أَحْمَدُكَ *Ubi ſcripſeris illud, laudabo te.*

Venit

Venit & aliis quibusdam casibus jam memoratorum temporum & modorum loco; quin & interdum pro Præsente, Præterito imperfecto, & Futuro indicativi: quæ usus docebit; & ego alibi, ubi fusiùs de significatione & usu temporum dissleram. prolixum enim ea res exigit sermonem, quem hîc inserere molestum esset.

2. Futurum, indicativi nostri præsens & futurum complectitur; quomodo autem exponendum sit, contextus ut plurimùm indicat: restringitur tamen non rarò ad futurum nostrum, præfixâ literâ س, aut præmissâ voculâ سَوْفَ, vel hujus loco سَفْ, سَيْ, سَوْ; ut يَنْصُرُ *adjuvat* vel *adjuvabit*; at سَيَنْصُرُ & سَوْفَ يَنْصُرُ vel سَوْ يَنْصُرُ &c. *adjuvabit*, tantùm. Sic cum particulâ negativâ لَنْ *nequaquam* futurum quoque significat: ut لَنْ يَنْصُرَ *nequaquam juvabit*: & ut plurimùm etiam cum لَا *non*; ut لَا يَضْرِبُ *non verberabit*: sicuti cum مَا *non* frequentiùs præsens; ut مَا أَعْلَمُ *non scio*; cum لَيْسَ *utrumque*.

At præmisso لَمْ *non*, & لَمَّا *nondum*, præteriti notionem induit: ut لَمْ يَضْرِبْ *non verberavit*, لَمَّا يَخْرُجْ *nondum egressus est*.

Præposito autem præterito verbi substantivi, exprimit imperfectum indicativi: ut كَانَ يَجْلِسُ *sedebat*. nisi præcedat لو; tunc enim optativi præsentis loco venit,

venit, ut & quod ei respondet futurum, cui verbum substantivum ل præfixum habens præponitur: ut لَوْ كُنْتَ تَعْرِفُهُ لَكُنْتَ تُحِبُّهُ *si nosceres eum, amares eum.*

Cum particulâ أَنْ *ut*, & aliis idem significantibus, per subjunctivum exponitur: ut أُرِيدُ أَنْ تَكْتُبَ *volo ut scribas.*

III. Imperativus respondet nostro imperativo: sed usurpatur solùm in præceptis affirmativis, deprecationibus, & hortationibus: nam præcepta negativa, deprecationes, & dehortationes per fut. præposito لَا *ne* concipiuntur: ut اِضْرِبْ *verbera*, لَا تَضْرِبْ *ne verbera.*

Participium nostro respondet: ut ضَارِبٌ *verberans*, مَضْرُوبٌ *verberatus.* At quia omissione temporis sæpe fit nomen, futurum non raró pro eo usurpatur.

Infinitivus non æquipollet nostro, sed Hebræorum absoluto: adjungitur enim solùm verbo suo significationis augendæ gratiâ, & per gerundium in *do* verti utcunque potest, ut قَتَلَهُ قَتْلًا הרוג הרגו *occidendo occîdit eum.*

Literæ autem serviles, & vocales radicalium manifestæ fient in paradigmate.

IV. Numeri in tempore (excepto Infinitivo) tres sunt: Singularis, Dualis, Pluralis.

V. In Numero tres Personæ; quarum tertia secundam

dam præcedit, ſecunda primam: ſed hâc ultimâ Dualis deſtituitur.

VI. In Perſona duplex genus, Maſculinum & Fœmininum, quorum quodque ſuam habet terminationem: ſed in Singulari & Plurali, prima; in duali, ſecunda communis eſt generis.

CAPUT SECUNDUM.

De prima Triliteri Conjugatione.

PRIMAM triliteri conjugationem reliquæ per omnia ferè ſequuntur: quocirca paradigma ejus perfectum diſtinctè hîc proponam; deinde quatenus quadrilitera, & derivativæ conjugationes, item verba imperfecta ab eâ diſcedant, paucis oſtendam. Paradigma nobis eſto نَصَرَ *adjuvit:* cujus forma Activa eſt hujuſmodi.

PRÆTERITUM.

Pluralis.			*Dualis.*			*Singularis.*			NUM.
Fœm.	Com.	Maſc.	Fœm.	Com.	Maſc.	Fœm.	Com.	Maſc.	GENUS.
نَصَرْنَ		نَصَرُوا	نَصَرَتَا		نَصَرَا	نَصَرَتْ		نَصَرَ	3. PERSONA.
نَصَرْتُنَّ		نَصَرْتُمْ		نَصَرْتُمَا		نَصَرْتِ		نَصَرْتَ	2. PERSONA.
	نَصَرْنَا						نَصَرْتُ		1. PERSONA.

FVTVRVM.

Pluralis.	Dualis.	Singularis.	
Fœm. Com. Masc.	Fœm. Com. Masc.	Fœm. Com. Masc.	
يَنْصُرُونَ يَنْصُرْنَ	يَنْصُرَانِ تَنْصُرَانِ	يَنْصُرُ تَنْصُرُ	3
تَنْصُرُونَ تَنْصُرْنَ	تَنْصُرَانِ	تَنْصُرُ تَنْصُرِينَ	2
نَنْصُرُ		أَنْصُرُ	1

IMPERATIVUS.

Pluralis.		Dualis.	Singularis.		
Fœm.	Masc.	Com.	Fœm.	Masc.	
أُنْصُرْنَ	أُنْصُرُوا	أُنْصُرَا	أُنْصُرِي	أُنْصُرْ	2.

PARTICIPIVM.

Pluralis.		Dualis.		Singularis.	
Fœm.	Masc.	Fœm.	Masc.	Fœm.	Masc.
نَاصِرَاتٌ	نَاصِرُونَ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَانِ	نَاصِرَةٌ	نَاصِرٌ

INFINITIVVS.

نَصْرًا

De Præ-

De Præterito.

Prima & ultima radicis perpetuò fatha habent: media ſæpiſſimè quoque fatha, ſignificatione vel intranſitivâ, ut قَعَدَ *ſedit*, vel tranſitivâ, ut ضَرَبَ *verberavit*; rariùs keſre, ſignificatione quoque vel intranſitivâ, ut فَرِحَ *gaviſus eſt*, vel tranſitivâ, ut عَلِمَ *ſcivit*; rariſſimè damma, ſignificatione tantùm intranſitivâ, ut حَسُنَ *bonus fuit*. Ac primæ quidem duæ vocales inter flectendum conſtanter manent, ultima excidit; ut in paradigmate. in quo ſerviles, quæ in fine ad formationem Numerorum, Perſonarum & Generum aſſumuntur, ſatis ſunt manifeſtæ.

De Futuro.

Futurum formatur adſcitis literis أَتَيْن in principio, & يُونَا in fine, eodem ferè modo quo apud Hebræos ſervientibus: *Elif* enim أَتَيْن format primam ſingularem, ut *Nun* pluralem: *Te* ſecundam ubique perſonam, & tertiam quoque fœmininam in ſingul. & duali. *Ie* tertiam maſculinam; & fœmininam quoque in plurali. In fine ن autem *Nun* ſolum, plurale fœmininum format; ut cum و maſculinum; cum ا autem duale, & cum *Ie* ſingul. fœm. ſecundæ perſonæ. Habent autem literæ أَتَيْن perpetuò fatha, & prima radicalis giezma: at ſecunda, ſi habet

habet in præterito Damma, id hîc retinet: ut قَبُحَ *turpis fuit*, يَقْبُحُ. Si Kesre, id in Phatha mutat; ut فَرِحَ *gavisus est*, يَفْرَحُ; sed in نَعِمَ *jucundus fuit*, حَسِبَ *putavit*, يَئِسَ *desperavit*, يَبِسَ *aruit*, & secundùm doctissimos Grammaticos etiam in فَضِلَ *excelluit*, قَنِطَ *desperavit*, & عَرِضَ *recessit*, Kesre non raró manet, diciturque يَنْعِمُ & يَنْعَمُ, يَحْسِبُ & يَحْسَبُ &c. reperies quoque يَنْعُمُ & يَفْضُلُ cum dsham; sed ea sunt à præteritis نَعُمَ & فَضُلَ. Si autem secunda radicis in præterito Phatha habeat, id hîc mutatur in Damma: ut كَتَبَ *scripsit*, يَكْتُبُ. vel in Kesre: ut ضَرَبَ *verberavit*, يَضْرِبُ; nisi ipsa aut tertia radicis sit gutturalis; tunc enim etsi sæpe quoque mutetur, ut نَبَحَ *latravit*, يَنْبُحُ; دَخَلَ *intravit*, يَدْخُلُ; non raró tamen manet, ut شَغَلَ *laboravit*, يَشْغَلُ; مَنَحَ *donavit*, يَمْنَحُ. Sic quoque à رَكَنَ *associatus fuit*, sine gutturali, est يَرْكَنُ (quanquam quidam volunt etiam رَكِنَ in præterito dici) & ab أَبَى *noluit*, يَابَى: sed hoc imperfectum est.

Ultima radicalis habet dsham, quod accedentibus literis يونا cadit, ut patet in paradigmate. Sed naturalis

ista

iſta futuri terminatio variatur interdum Apocope, Antitheſi, & Paragoge.

Apocope tollit damma finale, & Nun يونا, præter id quod format fœminina pluralis: ut hæc ſit futuri forma, prorſus Hebraica:

Plural.		*Dual.*		*Singular.*	
ينصرن	ينصروا	تنصرا	ينصرا	تنصر	ينصر
تنصرن	تنصروا	تنصرا		تنصري	تنصر
نَنصر					أنصر

Ubi vides in plurali maſculino abjecto ن aſſumi ا otioſum, ſecundum ſextum Canonem ى.

Accidit autem futuro hæc Apocope ob influentiam particularum quarundam ei præpoſitarum, ſcilicet لَمْ *non*, لَمَّا *nondum*, لَا *ne*, & لِ imperativum: ut لَمْ يَضْرِبْ *non verberavit*, لَمَّا يَدْخُلْ *nondum ingreſſus eſt*, لَا تَذْهَبْ *ne abi*, لِيَكْشِفْ *detegat*. Item إِنْ *ſi*, مَا *id quod, quidquid*, مَنْ *quicunque*, أَيٌّ idem, مَهْمَا *quotieſcunque*, كَيْفَمَا (& apud nonnullos etiam كَيْفَ) *quomodocunque*, أَنَّى *ubicunque*, أَيْنَ idem, حَيْثُمَا idem, مَتَى *quum*, إِذْمَا idem, أَيَّانَ idem, & in carmine quoque إِذَا, idem. Sed eâ lege, ut aliud verbum in eodem orationis contextu tan-

quam retributivè illis respondeat: ut si dicas; *quidquid facies faciam*, aut *feci. quocunque ibis, ibo. quicunque me amabit, amabo illum.* Ac tum, si utrunque futurum est, in utrunque influunt: ut إِنْ تَخْرُجْ أَخْرُجْ مَعَكَ, *si egrediaris egrediar tecum.* مَتَى يَجْلِسْ أَجْلِسْ مَعَهُ *quum sedebit sedebo cum illo.* si prius tantùm, in illud: *ut* مَا تَصْنَعْ صَنَعْتُ *quidquid facies feci:* si posterius, liber est influxus: ut si dicas; مَا صَنَعْتَ أَصْنَعُ vel أَصْنَعْ *quidquid fecisti faciam.*

Accidit quoque hæc apocope, cùm præcedit Imperativus, cui futurum respondet: ut أُنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ *adjuva me, adjuvabo te*, id est, *si adjuves me, adjuvabo te.*

Antithesin similiter inducunt influentiæ particularum quarundam, quæ damma tertiæ radicalis in fatha mutant, & Nun جونا quoque tollunt: ut hæc sit futuri forma,

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
يَنْصُرُوا يَنْصُرْنَ	يَنْصُرَا تَنْصُرَا	يَنْصُرَ تَنْصُرَ
تَنْصُرُوا تَنْصُرْنَ	تَنْصُرَا	تَنْصُرَ تَنْصُرِي
نَنْصُرَ		أَنْصُرَ

Particulæ autem, quæ hanc mutationem causant, sunt لَنْ *nequaquam*: ut لَنْ يَضْرِبَ *nequaquam verberabit*, لَنْ يَضْرِبُوا *nequaquam verberabunt.*

لِ *Vt*, Conjunctio: *e.g.* جِئْتُ لِأَنْصُرَ *veni ut adjuvem.*

أَنْ idem: ut أُحِبُّ أَنْ تَنْصُرَ *cupio ut adjuves.* Cùm autem significat *quòd*, nihil mutat: ut أَعْلَمُ أَنْ يَنْصُرُ *scio quòd adjuvabit*: nisi præcedat verbum opinandi; qualia sunt زعم, حسب, ظَنَّ, &c. tunc enim antithesin inducit, sed liberè: ut أَحْسِبُ أَنْ يَنْصُرُ & أَحْسِبُ أَنْ يَنْصُرَ, *puto quòd juvabit.*

كَيْ idem: ut جَاءَ كَيْ يَضْرِبَكَ *venit ut verberet te.*

Sic horum composita, لِأَنْ, لِكَيْ & كَيْلَا, لِكَيْلَا *ut*, لِئَلَّا, أَلَّا *ne*.

إِذَنْ (quidam إِذًا scribunt) responsionis & retributionis particula, *bene*, *age*, cùm ponitur initio sententiæ & immediatè (vel intercedente solùm juramento, vocatione, aut negatione,) ante futurum rem futuram significante: ut si quis dicenti; أَلْتَجِي إِلَيْكَ *confugiam ad te*, respondeat, إِذَنْ أَنْصُرَكَ *bene, juvabo te*; vel إِذَنْ وَٱللّٰهِ أَنْصُرَكَ *bene, per Deum, juvabo te*; vel إِذَنْ يَا حَبِيبِي أَنْصُرَكَ *bene, amice mi, juvabo te.* vel إِذَنْ لَا أَنْصُرَكَ *bene, non juvabo te.* Si quid aliud intercedit, non influit: ut إِذَنْ أَنَا أَنْصُرُكَ *bene, ego juvabo te.* Ut nec si futurum

pro

pro præſenti ponitur. nec ſi initio ſententiæ non collocetur: ut يَا حَبِيبِي إِنَّنْ أَنْصُرَكَ *ô amice mi, bene, juvabo te.* Si tamen ſolum وَ vel فَ copulativum ei præfigitur, liberè influit: ut وَإِذَنْ أَنْصُرَكَ *& bene, (Et bien* Gall.*) adjuvabo te*, & وَإِذَنْ أَنْصُرُكَ; quanquam hoc rarius.

حَتَّى, cùm ſignificat *ut*: e.g. جَاءَ حَتَّى يَنْصُرَكَ *venit ut adjuvet te.* vel *donec*: ut أَسِيرُ حَتَّى تَغِيبَ ٱلشَّمْسُ *ibo donec occidat ſol.*

أَنْ eâdem ſignificatione: ut أَرْغَبُ ٱللّٰهَ أَنْ يَغْفِرَ لِي *rogabo Deum ut parcat mihi*, & أَنْتَظِرُهُ أَنْ يَخْرُجَ *exſpectabo eum donec egrediatur.*

فَ, cùm præfigitur futuro, quod dependet à præcedente enuntiationis parte, includente imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem; adeoque cauſalis potiùs quàm copulativa Conjunctio eſt: ut أُنْصُرْنِي فَأَنْصُرَكَ *adjuva me, &* (vel *equidem*) *adjuvabo te*; لَا تَضْرِبْ بُطْرُسَ فَيَغْضَبَ *ne verbera Petrum & iraſcetur*, id eſt, *ne iraſcatur*, أَيْنَ بَيْتُكَ فَأَزُورَكَ *ubi eſt domus tua? & inviſam te*, id eſt, *ut inviſam te*.

وَ, cùm Futuro præpoſitum, jungit illud cum præcedente enuntiationis parte, includente ſimiliter imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem, ſignifi-

significatque & *simul* : ut هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *an pisces edes simulq; lac bibes?* لَا تَأْكُلِ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *ne comede pisces & simul bibe lac.* alio sensu acceptum nihil mutat : ut هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبُ ٱللَّبَنَ *an comedes pisces, & bibes lac?* Idem de præcedentibus particulis habendum.

Paragoge adjicit futuro Nun phathatum cum tesdid; hoc modo,

Plural.	*Dual.*	*Sing.*
يَنْصُرُنَّ يَنْصُرْنَانِّ	يَنْصُرَانِّ تَنْصُرَانِّ	يَنْصُرَنَّ تَنْصُرَنَّ
تَنْصُرُنَّ تَنْصُرْنَانِّ	تَنْصُرَانِّ	تَنْصُرَنَّ تَنْصُرِنَّ
نَنْصُرَنَّ		أَنْصُرَنَّ

aut giezmatum sine tesdid: sed in singulari solùm, ac plurali masculino & communi; in hunc modum,

Plur.	*Sing.*
يَنْصُرُنْ	يَنْصُرَنْ تَنْصُرَنْ
تَنْصُرُنْ	تَنْصُرَنْ تَنْصُرِنْ
نَنْصُرَنْ	أَنْصُرَنْ

Illud Nun paragogicum grave, hoc leve vocatur.

Vides autem, ut ante Nun damma tertiæ radicalis in phatha mutetur; itemque ن & ي serviles in fine exci-

dant, & in plurali fœminino ا inſeratur, ne tria Nun concurrant.

Adhibetur autem ferè ſolùm hæc utraq; paragoge, cùm futurum rem futurã quodammodo petit; ut fit interrogando, imperando, vel optando: ut هَلْ تَنْصُرَنْ & هَلْ تَنْصُرَنَّ *an adjuvabis?* لِيَنْصُرَنْ & لِيَنْصُرَنَّ *adjuvet:* لَا تَنْصُرَنَّ & لَا تَنْصُرَنْ *ne adjuva.* لَيْتَ يَنْصُرَنْ & لَيْتَ يَنْصُرَنَّ *utinam adjuvet*, &c. Et cùm præcedit juramentum: ut وَٱللّٰهِ يَنْصُرَنَّ *per Deum, juvabit.*

De Imperativo.

IMPERATIVUS formatur præpoſito Elif unionis cum keſra: ut إِعْلَمْ *ſcito*, إِضْرِبْ *verbera.* niſi penultimæ vocalis, quæ talis ſemper eſt qualis in futuro, ſit damma: tunc enim & Elif damma habet, ut أُنْصُرْ *juva.* Prima radicis giezma poſſidet; ut & ultima, quamdiu augmenti vocalem nullam recipit. Exciditque interdum ا imperativum poſt و & ف. Formationi autem Generum & Numerorum hîc inſerviunt literæ يونا, ut in Futuro; cujus Nun paragogicum hîc locum quoque habet: ſic,

Plural.		*Dualis.*	*Singul.*	
أُنْصُرْنَانِّ	أُنْصُرُنَّ	أُنْصُرَانِّ	أُنْصُرِنَّ	أُنْصُرَنَّ
	& ſine teſdid.			
	أُنْصُرُنْ		أُنْصُرِنْ	أُنْصُرَنْ

Secun-

Secundam autem perſonam tantùm agnoſcit Imperativus: reliquæ per futurum giezmatum exprimuntur, præfixo ل cum keſra: ut لِيَنْصُرْ *adjuvet*, لِنَنْصُرْ *adjuvemus*; quod & ſecundæ interdum contingit, ut لِتَنْصُرْ *adjuva*. Sed excidit keſra τȣ ل, cùm præfigitur و vel ف; ut فَلْيَنْصُرْ & وَلْيَنْصُرْ *adjuvet*: quin & tum ل etiam interdum omittitur, ſed influit tamen.

Prohibitiones quoque per futurum, præpoſitâ giezmante particulâ لَا *ne* concipi, jam ſuprà dictum eſt.

De Participio.

HUIUS prima radicalis habet fatha, in quo elif quieſcit; ſecunda keſra; ultima damma nunnatum, ut in Nominibus, quorum more etiam fœmininum & numeros format.

De Infinitivo.

VERBORUM tranſitivorum infinitivus regularis eſt نَصْرًا, ut ضَرَبَ ضَرْبًا *verberando verberavit*, فَهِمَ فَهْمًا *intelligendo intellexit*: Intranſitivorum autem, ſi media radicalis in Præterito habet fatha, نُصُورًا; ut قَعَدَ قُعُودًا *ſedit*: ſi damma, نُصُورَةً; ut سَهُلَ سُهُولَةً *facilis fuit*: vel نَصَارَةً, ut جَزُلَ جَزَالَةً *abundavit*; ſi keſra, نَصَرًا; ut فَرِحَ فَرَحًا *gaviſus eſt*. Sed innumera excipiuntur, quæ aliter Infiniti-

 vum

vum formant: adduntque Grammatici hisce quinque formis alias 28; ut 33 sint in universum: nempe,

25 نَصِيرًا	17 نَصْرَى	9 نِصَارًا	1 نَصْرًا
26 نَصِرًا	18 نُصْرَى	10 نُصْرَةً	2 نُصْرًا
27 نَصِرَةً	19 نِصْرَى	11 نِصْرَةً	3 نِصْرًا
28 نُصُورًا	20 نَصْرَانًا	12 نَصْرَةً	4 نَصَرًا
29 نُصُورَةً	21 نُصْرَانًا	13 نَصَرَةً	5 نُصُرًا
30 مَنْصَرًا	22 نِصْرَانًا	14 نَصَارَةً	6 نِصَرًا
31 مَنْصَرَةً	23 نَصَرَانًا	15 نُصَارَةً	7 نَصَارًا
32 مَنْصِرًا	24 نَصُورًا	16 نِصَارَةً	8 نُصَارًا
33 مَنْصِرَةً			

Paradigma Passivi.

PRÆTERITVM.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*	
نُصِرُوا نُصِرْنَ	نُصِرَا نُصِرَتَا	نُصِرَ نُصِرَتْ	3
نُصِرْتُمْ نُصِرْتُنَّ	نُصِرْتُمَا	نُصِرْتَ نُصِرْتِ	2
نُصِرْنَا		نُصِرْتُ	

FVTV-

FUTURUM.

Pluralis. Fœm.	Com.	Masc.	Dualis. Fœm.	Com.	Masc.	Singularis. Fœm.	Com.	Masc.	
يُنْصَرْنَ		يُنْصَرُونَ	تُنْصَرَانِ		يُنْصَرَانِ	تُنْصَرُ		يُنْصَرُ	3
تُنْصَرْنَ		تُنْصَرُونَ		تُنْصَرَانِ		تُنْصَرِينَ		تُنْصَرُ	2
	نُنْصَرُ						أُنْصَرُ		1

PARTICIPIUM.

Pluralis. Fœm.	Masc.	Dualis. Fœm.	Masc.	Singularis. Fœm.	Masc.
مَنْصُورَاتٌ	مَنْصُورُونَ	مَنْصُورَتَانِ	مَنْصُورَانِ	مَنْصُورَةٌ	مَنْصُورٌ

Præteritum & Futurum vocalibus tantùm ab activis differunt : habetque præteriti prima perpetuò damma, & secunda kesre. Futuri اتين similiter damma, & secunda radicis fatha. In reliquis cum Activo conveniunt. Participium initio assumit م cum fatha, & و quiescens post damma ante ultimam.

Sunt & participia quædam formæ نَصِيرٌ & نَصُورٌ : quæ nunc activa sunt ; nunc passiva.

Imperativus hîc nullus est ; sed pro eo venit Futurum cum ل imperativo giezmante : ut لِيُنْصَرْ *adjuvetur*, لِتُنْصَرْ *adjuvare*, لِنُنْصَرْ *adjuvemur.*

CAPUT TERTIUM.

De quadriliteris & Conjugationibus derivativis primæ classis.

QUADRILITERA, & verba derivativa primæ classis eodem ferè modo flectuntur: & in eo solùm à præcedenti differunt, quòd,

1. Penultima radicalis in Activi præterito perpetuò fatha, in Futuro verò kesra habet: اتين autem non minùs in Activo quàm in Passivo damma afficiuntur: ut دَحْرَجَ *volvit* يُدَحْرِجُ, كَسَّرَ *fregit* يُكَسِّرُ; دُحْرِجَ *volutus est* يُدَحْرَجُ, فُرِّحَ *exhilaratus fuit* يُفَرَّحُ.

2. Imperativus formatur à Futuro, solâ abjectione أَتين, & ultimæ vocalis; ut دَحْرِجْ *volve*, كَسِّرْ *frange*.

3. Participium utrumque à suo formatur Futuro, م pro أَتين posito, & nunnatâ vocali ultimâ; ut مُدَحْرِجٌ *volvens*, مُكَسِّرٌ *frangens*: & in Passivo مُدَحْرَجٌ *volutus*, مُفَرَّحٌ *exhilaratus*.

4. Infinitivos habent speciales; دَحْرَجَ scilicet دِحْرَاجًا & دَحْرَجَةً.

فَعَّلَ, تَفْعِيلًا; & interdum quoque تَفْعِلَةً, تَفْعَالًا, فِعَّالًا, فِعَالًا vel فُعَالًا.

فاعل،

فَاعَلَ , مُفَاعَلَةً & فِعَالًا , vel فِيعَالًا.

أَفْعَلَ , إِفْعَالًا , rarò فَعَالًا aut فَعَالَةً.

5. أَفْعَلَ accedentibus أَتَيْنِ abjicit أ, ſecundùm regulam : (أ initiale formans verba derivativa, characteriſticâ temporis præfixâ, cum ſua vocali abjicitur.) ut يُنْصِرُ pro يُأَنْصِرُ, ab أَنْصَرَ : unde in imperativo, ubi أَتَيْنِ recedunt, elif cum vocali ſua redit, ut أَنْصِرْ ; ubi non eſt putandum formare Imperativum, & unionis eſſe.

6. فَاعَلَ mutat ا in و in Præterito paſſivo : ut نُوصِرَ pro نَاصِرَ; juxta ſecundum Canonem generalem.

Quæ omnia initialibus Paradigmatis vocibus breviter hoc modo viſum eſt proponere.

ACTIVUM.

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*	
فَعْلَالًا	مُفَعْلِلٌ	فَعْلِلْ	يُفَعْلِلُ	فَعْلَلَ	
تَفْعِيلًا	مُفَعِّلٌ	فَعِّلْ	يُفَعِّلُ	فَعَّلَ	2
مُفَاعَلَةً	مُفَاعِلٌ	فَاعِلْ	يُفَاعِلُ	فَاعَلَ	3
إِفْعَالًا	مُفْعِلٌ	أَفْعِلْ	يُفْعِلُ	أَفْعَلَ	4

PASSI-

PASSIVUM.

Part.	*Fut.*	*Præt.*	
مُفَعْلَلٌ	يُفَعْلَلُ	فُعْلِلَ	
مُفَعَّلٌ	يُفَعَّلُ	فُعِّلَ	2
مُفَاعَلٌ	يُفَاعَلُ	فُوعِلَ	3
مُفْعَلٌ	يُفْعَلُ	أُفْعِلَ	4

CAPUT QUARTUM.

De reliquis derivativis.

IN reliquis Conjugationibus derivativis Activi præteriti penultima semper quoque fatha habet.

Futurum autem fit à Præterito, præfixis أَتَيْنَ cum fatha; elif initiali, si quod sit, cadente, secundùm regulam Abjectionis: & fathâ ultimo in regulare damma mutato; penultimo autem in kesra, præterquam in تَفَعَّلَ, & تَفَاعَلَ, quæ id retinent: ut إِجْتَمَعَ *congregatus est*, يَجْتَمِعُ; إِسْتَعْمَلَ *usurpavit*, يَسْتَعْمِلُ; تَكَسَّرَ *fractus fuit*, يَتَكَسَّرُ; تَبَاعَدَ *recessit*, يَتَبَاعَدُ. Ac formæ istæ duæ

à ت

à ت inchoatæ id compendii causâ interdum abjiciunt, cum ت أتين præfigitur: ut تَكَسَّرُ pro تَتَكَسَّرُ, تَبَاعَدُ pro تَتَبَاعَدُ: quæ ne arbitreris esse futura à فَعَّلَ & فَاعَلَ, facilè impedient vocales; nam eorum futura activa, sunt يُفَعِّلُ & يُفَاعِلُ; passiva, يُفَعَّلُ & يُفَاعَلُ.

Imperativus fit sicut in quadriliteris; ut يَتَكَسَّرُ *frangetur*, تَكَسَّرْ *frangitor*: ا abjecto, si quod est, redeunte, sed cum kesra; ut يَسْتَعْمِلُ *usurpabit*, إِسْتَعْمِلْ *usurpa*.

Participium assumit م cum damma, & penultimam vocalem kesra perpetuò habet: ut مُسْتَعْمِلٌ *usurpans*, مُتَبَاعِدٌ *recedens*.

Infinitivus autem cujusque conjugationis mox patebit.

Passivum nona & undecima non agnoscunt: reliquæ formant præteritum ab Activo, primis duabus vocalibus in damma mutatis, & penultimâ in kesra, ut تُفُعِّلَ à تَفَعَّلَ: & futurum quoque à futuro activo, fathâ literarum أتين in damma, & kesra penultimo in fatha converso; ut يَسْتَفْعِلُ يُسْتَفْعَلُ. Participium autem à futuro fit, م pro أتين posito: ut مُسْتَفْعَلٌ. Itaque hujusque est Paradigma:

ACTIVUM.

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*	
تَفَعُّلٌ	مُتَفَعِّلٌ	تَفَعَّلْ	يَتَفَعَّلُ	تَفَعَّلَ	5
تَفَاعُلٌ	مُتَفَاعِلٌ	تَفَاعَلْ	يَتَفَاعَلُ	تَفَاعَلَ	6
اِنْفِعَالٌ	مُنْفَعِلٌ	اِنْفَعِلْ	يَنْفَعِلُ	اِنْفَعَلَ	7
اِفْتِعَالٌ	مُفْتَعِلٌ	اِفْتَعِلْ	يَفْتَعِلُ	اِفْتَعَلَ	8
اِفْعِلَالٌ	مُفْعَلٌّ	اِفْعَلِلْ	يَفْعَلُّ	اِفْعَلَّ	9
اِسْتِفْعَالٌ	مُسْتَفْعِلٌ	اِسْتَفْعِلْ	يَسْتَفْعِلُ	اِسْتَفْعَلَ	10
اِفْعِيلَالٌ	مُفْعَالٌّ	اِفْعَالِلْ	يَفْعَالُّ	اِفْعَالَّ	11
اِفْعِيعَالٌ	مُفْعَوْعِلٌ	اِفْعَوْعِلْ	يَفْعَوْعِلُ	اِفْعَوْعَلَ	12
اِفْعِوَّالٌ	مُفْعَوِّلٌ	اِفْعَوِّلْ	يَفْعَوِّلُ	اِفْعَوَّلَ	13

PASSIVUM.

Part.	*Fut.*	*Præt.*	
مُتَفَعَّلٌ	يُتَفَعَّلُ	تُفُعِّلَ	5
مُتَفَاعَلٌ	يُتَفَاعَلُ	تُفُوعِلَ	6
مُنْفَعَلٌ	يُنْفَعَلُ	أُنْفُعِلَ	7

8 اقتعل

مُفْتَعَلٌ	يُفْتَعَلُ	أُفْتُعِلَ	8
مُسْتَفْعَلٌ	يُسْتَفْعَلُ	أُسْتُفْعِلَ	10
مُفْعَوْعَلٌ	يُفْعَوْعَلُ	أُفْعُوعِلَ	12
مُفْعَوَّلٌ	يُفْعَوَّلُ	أُفْعُوِّلَ	13

Et ſic quoque quadrilitera.

ACTIVUM.

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
تَفَعْلُلًا	مُتَفَعْلِلٌ	تَفَعْلَلْ	يَتَفَعْلَلُ	تَفَعْلَلَ
اِفْعِنْلَالًا	مُفْعَنْلِلٌ	اِفْعَنْلِلْ	يَفْعَنْلِلُ	اِفْعَنْلَلَ
اِفْعِلْلَالًا	مُفْعَلِلٌّ	اِفْعَلْلِلْ	يَفْعَلِلُّ	اِفْعَلَلَّ

PASSIVUM.

مُتَفَعْلَلٌ	يُتَفَعْلَلُ	تُفُعْلِلَ
مُفْعَنْلَلٌ	يُفْعَنْلَلُ	أُفْعُنْلِلَ
مُفْعَلَلٌّ	يُفْعَلَلُّ	أُفْعُلِلَّ

CAPUT QUINTUM.

De verbo Surdo, ſeu geminante ſecundam radicalem.

HACTENUS de verbo perfecto: Imperfectum eſt triplex: Surdum, Hamzatum, & Quieſcens.

Surdum est quod ultimam radicalem penultimæ similem habet, quarum prior posteriori vocalem habenti per tesdid inseritur, propriâ vocali vel abjectâ, si præcedens vocalem habeat, ut مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*, مُدَّ pro مُدِدَ *extensus est*; vel in præcedentem rejectâ, si ea giezma habeat, ut يَمُدُّ pro يَمْدُدُ *extendet*, يُمَدُّ pro يُمْدَدُ *extendetur*. Dixi posteriori vocalem habenti: nam cùm ea giezma habet nequit fieri contractio, ut مَدَدْتَ *extendisti*. Itaque hujusmodi est ejus conjugatio.

PRÆTERITVM.

Plural.	*Dual.*	*Sing.*
مَدُّوا مَدَدْنَ	مَدَّا مَدَّتَا	مَدَّ مَدَّتْ
مَدَدْتُمْ مَدَدْتُنَّ	مَدَدْتُمَا	مَدَدْتَ مَدَدْتِ
مَدَدْنَا		مَدَدْتُ

FVTVRVM.

Plural.	*Dualis.*	*Singul.*
يَمُدُّونَ يَمْدُدْنَ	يَمُدَّانِ تَمُدَّانِ	يَمُدُّ تَمُدُّ
تَمُدُّونَ تَمْدُدْنَ	تَمُدَّانِ	تَمُدُّ تَمُدِّينَ
نَمُدُّ		أَمُدُّ

IMPERATIVUS.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
أُمْدُدُوا أُمْدُدْنَ	أُمْدُدَا	أُمْدُدْ أُمْدُدِي

PARTICIPIVM.

Plural.	*Dual.*	*Singul.*
مَادُّونَ مَادَّاتٌ	مَادَّانِ مَادَّتَانِ	مَادٌّ مَادَّةٌ

INFINITIVUS.

مَدًّا

De Præterito.

SIMILIS ratio eſt eorum, quorum media radicalis habet damma vel keſra, ut مَسَّ *tetigit* pro مَسِسَ, مَسِسْتَ *tetigiſti*, &c.

De Futuro.

SIC cum penultima radicalis habet fatha vel keſra, ut يَعَضُّ *mordebit*, pro يَعْضَضُ, يَفِرُّ *fugiet* pro يَفْرِرُ. Si particula giezmans ſeu apocopen inducens præponitur, ultimaque radicis giezma recipit, omnia regularia ſunt: ut لَمْ يَمْدُدْ *non extendit*, لَمْ يَعْضَضْ *non momordit*, لَمْ يَفْرِرْ *non fugit*: vel, ut contractio fieri poſſit, loco giezmæ in-

 ducitur

ducitur fatha vel kesra, ut لَمْ يَمُدَّ , لَمْ يَفِرَّ , لَمْ يَعَضَّ vel لَمْ يَعَضِّ &c. Interdum etiam manet damma, cùm penultima radicalis damma quoque habet: ut لَمْ يَمُدُّ .

De Imperativo.

IMPERATIVUS ut vides, regulariter flectitur, sed & (excepto plur. fœm.) non raró contractionem patitur, hoc modo:

Plural.	*Dual.*	*Sing.*
مُدُّوا اُمْدُدْنَ	مُدَّا	مُدَّ مُدِّي

Ubi ا imperativum omittitur secundùm regulam: Elif imperativum non præfigitur literæ vocalem habenti. In singul. Masc. tertia, quo tesdid recipere possit, accipit fatha, ut مُدَّ vel kesra; ut مُدِّ *extende.*

De Participio & Infinitivo.

PARTICIPIUM & Infinitivus perpetuò contrahuntur, eo modo, quo in paradigmate.

Similis est ratio Passivi, ut

PRÆTERITUM.

	Dual.	*Sing.*
	مُدَّا مُدَّتَا	مُدَّ مُدَّتْ
&c.	مُدِدْتُمَا	مُدِدْتَ مُدِدْتِ
		مُدِدْتُ

FUTU-

FVTVRVM.

	Dual.	*Sing.*
	تَمُنَّانِ يَمُنَّانِ	تَمُنُّ يَمُنُّ
&c.	تَمُنَّانِ	تَمُنِّينَ تَمُنُّ
		أَمُنُّ

PARTICIPIVM.

	Dual.	*Sing.*
&c.	مَمْنُونَتَانِ مَمْنُونَانِ	مَمْنُونَةٌ مَمْنُونٌ

مُنَّ est pro مُنِنَ : abjiciturque kesra, quia litera præcedens habet vocalem. يَمُنُّ autem pro يَمْنُنُ retrocedente fatha, quia præcedit giezma. Participium regulare est, ob و illud quiescens insertum.

Derivativarum Conjugationum eadem est ratio: ut

ACTIVUM.

Præteritum.			*Futurum.*		
أَمَنَّ	pro	أَمْنَنَ	يُمِنُّ	pro	يُمْنِنُ
اِنْمَنَّ	pro	اِنْمَنَنَ	يَنْمَنُّ	pro	يَنْمَنِنُ
اِسْتَمَنَّ	pro	اِسْتَمْنَنَ	يَسْتَمِنُّ	pro	يَسْتَمْنِنُ

& sic cæteræ, exceptis iis quæ tesdid habent: eæ enim per-

perfectè flectuntur; (quia unum tesdid duas compensare literas nequit, aut una litera duo sustinere tesdid:) ut

	تَمَنَّنْتُ	تَمَنَّنَّ	مَنَنْتُ	مَنَنَّ
&c.	تَمَنَّنْتِ	تَمَنَّنْتَ	مَنَنْتِ	مَنَنْتَ
	تَمَنَّنْتُ		مَنَنْتُ	

OBSERVATIO I.

Observandum autem est verba perfecta trilitera nonæ & undecimæ Conjugationis, & quadrilitera quartæ, id est, quæ ultimam radicis afficiunt tesdid, eandem hanc rationem sequi: dicitur enim

In Præterito.			*In Futuro.*		
اِصْفَرَّ	pro	اِصْفَرَرَ	يَصْفَرُّ	pro	يَصْفَرِرُ
اِصْفَارَّ	pro	اِصْفَارَرَ	يَصْفَارُّ	pro	يَصْفَارِرُ
اِقْمَطَرَّ	pro	اِقْمَطْرَرَ	يَقْمَطِرُّ	pro	يَقْمَطْرِرُ

unde cùm secunda geminatorum requirit giezma, separatim utraque scribitur, ut اِصْفَرَرْتِ اِصْفَرَرْتَ , اِقْمَطْرَرْتَ

اِقْمَطْرَرْتِ : & sic in Futuro giezmato, & Imperativo: ubi tamen & contractio adhiberi potest fatatâ vel kesratâ vocali ultimâ, quemadmodum in Surdis, hoc modo.

Futu-

Futurum giezmatum.

يَصْفَرِرْ	&	يَصْفَرَّ	&	يَصْفَرِّ
يَصْفَارِرْ		يَصْفَارَّ		يَصْفَارِّ
يَقْمَطْرِرْ		يَقْمَطِرَّ		يَقْمَطِرِّ

IMPERATIVVS.

اِصْفَرِرْ	&	اِصْفَرَّ	&	اِصْفَرِّ
اِصْفَارِرْ		اِصْفَارَّ		اِصْفَارِّ
اِقْمَطْرِرْ		اِقْمَطِرَّ		اِقْمَطِرِّ

Ubi vides, in nona & undecima penultimam Futuri keſra quoque habere; etſi id in contractione excidit, quia litera antecedens vocalem poſſidet.

OBSERVATIO II.

VERBA terminata literis ن & ت hîc quoque, ut apud Hebræos, illas, cùm giezma habent ante ن vel ت ſervile, ſequenti inſerunt, ſecundum Canonem de ſecunda ſyllabæ mixtæ litera, ut زَيَّنَّا *ornavimus* pro زَيَّنْنَا, سَكَتَّ *tacuiſti* pro سَكَتْتَ. Sed non videntur propterea im-

perfectis annumeranda esse: sicut nec quæ à ن vel ت inchoantur, quod ن & ت characteristicæ conjugationum in iis delitescant; ut إِنْثَقَبَ *perfossus est*, pro إِنْثَقَبَ; إِتَّجَرَ *negotiatus est*, pro إِئْتَجَرَ. Vide Caput primum hujus libri.

CAPUT SEXTUM.

De verbo Hamzato.

VERBUM Hamzatum est cujus radicalium aliqua est Hamza, seu Elif mobile: ut أَثَرَ *maluit*, سَأَلَ *interrogavit*, هَنَأَ *concoxit:* flectiturque eodem modo quo verbum perfectum, observatis solùm Canonibus de Elif.

Itaque hujusmodi est flexio Hamzati Phe sive primâ radicali.

ACTIVUM.

Præt. أَثَرَ, regulariter. Fut. يَأْثِرُ, regulariter.

Imp. إِيثِرْ pro إِأْثِرْ, juxta Can. 2. generalem.

Part. آثِرٌ pro أَاثِرٌ, juxta Can. 5. Elif.

Inf. أَثْرًا, regulariter.

Cùm ا imperativum damma habet, mutatur hamza in و, juxta Can. secund. generalem: ut أُومُلْ pro أُأْمُلْ:

أُؤْمُلْ : ſed أَخَذَ *accepit*, أَكَلَ *comedit*, أَمَرَ *præcepit*, abjiciunt hamza cum ا imperativo habentque خُذْ *accipe*, كُلْ *ede*, & مُرْ *jube* : reperias tamen etiam, quanquam rariſſimè, أُؤْكُلْ, ac أُؤْمُرْ, & ab hoc, cum و copulativo وَأْمُرْ, ſic فَأْمُرْ; excidente ا imperativo & redeunte radicali.

PASSIVUM.

Præt. أُثِرَ, regulariter.

Fut. يُؤْثَرُ pro يُأْثَرُ, juxta Can. ſec. de ا quieſcente ـِ.

Part. مَأْثُورٌ, regulariter.

Sic in ſecunda Conjugatione.

يُوَثِّرُ	pro	يُأَثِّرُ	inſtar	يُنَصِّرُ	juxta Canon. 2. Elif.	
مُوَثِّرٌ		مُأَثِّرٌ		مُنَصِّرٌ		
يُوَثَّرُ		يُأَثَّرُ		يُنَصَّرُ		
مُوَثَّرٌ		مُأَثَّرٌ		مُنَصَّرٌ		

يُوَاثِرُ		يُأَاثِرُ		يُنَاصِرُ	
مُوَاثِرٌ		مُأَاثِرٌ		مُنَاصِرٌ	
يُوَاثَرُ	pro	يُأَاثَرُ	instar	يُنَاصَرُ	juxta Canon. 2. Elif.
مُوَاثَرٌ		مُأَاثَرٌ		مُنَاصَرٌ	
مُوَاثَرَةٌ		مُأَاثَرَةٌ		مُنَاصَرَةٌ	

In tertia & quarta,

آثَرَ vel أَاثَرَ , pro أَأْثَرَ & أَاثَرَ , instar نَاصَرَ & أَنْصَرَ , juxta Canon. 5. Elif.

يُؤْثِرُ		يُأْثِرُ		يُنْصِرُ	
مُؤْثِرٌ		مُأْثِرٌ		مُنْصِرٌ	
يُؤْثَرُ	pro	يُأْثَرُ	instar	يُنْصَرُ	juxta secundum Canon. 2. gener.
مُؤْثَرٌ		مُأْثَرٌ		مُنْصَرٌ	
إِيثَارًا		إِأْثَارًا		إِنْصَارًا	

Ita & in cæteris conjugationibus hamza ob damma, kesra, aut aliud hamza mutatur, aut excidit, secundùm Canones memoratos: reliqua omnia perfecta sunt.

Hamzata autem Ain & Lam eandem quoque rationem sequuntur: ut,

سايل

سَايِلٌ } pro { سَائِلٌ } juxta Canon. 1.
سُيِلَ } pro { سُئِلَ } Elif.

هَانِيٌّ } pro { هَانِئٌ } juxta Canon. 3.
هُنِيَ } pro { هُنِئَ } Elif.

Sed obſervandum eſt, hamzata Ain interdum etiam, etſi rariùs, conjugari more quieſcentium; ita ut hamza vocali ſuâ abjectâ, vel ad literam præcedentem giezma habentem rejectâ, quieſcat: ut سَالَ pro سَأَلَ , يَسَالُ pro يَسْأَلُ : سَلْ pro اِسْأَلْ , ubi utrumque elif excidit: radicale quidem, ſecundùm tertium Can. generalem; imperativum verò, ſecundùm Canonem imperii.

CAPUT SEPTIMUM.

De verbo Quieſcente Phe و *&* ي.

VERBA quieſcentia ſunt, quæ radicalem aliquam habent و vel ي; ſive prima ea ſit, ut وَجَدَ *invenit*, يَسَرَ *alea luſit*; ſive ſecunda, ut قَوَلَ *dixit*, سَيَرَ *ivit*; ſive ultima, ut رَمَيَ *jecit*, غَزَوَ *oppugnavit*.

Quieſcentia Phe, hoc eſt, quæ primam radicalem و vel ي habent, Similia propriè Arabibus dicuntur. Quieſcentia و exiguam habent anomaliam; quæ in eo potiſſimùm conſiſtit, quòd و excidit in Futuro activo primæ conjugationis, cùm penultima ejus litera habet keſra (quod hîc pleriſque etiam illis verbis contingit, quorum

ſecunda radicalis in præterito keſra habet:) ut,

وَعَدَ *aſſignavit.*		يَعِدُ		يَوْعِدُ		
وَرِثَ *hæreditavit*	Fut.	يَرِثُ	pro	يَوْرِثُ	ut	يَضْرِبُ
وَمِقَ *amavit.*		يَمِقُ		يَوْمِقُ		

Quod etiam Imperativo tunc accidit: ut عِدْ pro إِوْعِدْ, مِقْ pro إِوْمِقْ: & Infinitivo, cùm eſt formæ فِعْلَةٌ; ut عِدَةٌ pro وِعْدَةٌ, مِقَةٌ pro وِمْقَةٌ: ſi verò alîus formæ eſt, regulariter formatur; ut وَعْدًا, inſtar نَصْرًا.

Cùm autem penultima rad. in Futuro keſra non habet, regulare eſt; ut وَجُهَ *tendit* يَوْجُهُ; وَجِلَ *timuit* يَوْجَلُ (quidam tamen tunc euphoniæ causâ و in ا mutant, dicuntque يَاجَلُ; alii in ي mobile, يَيْجَلُ; alii in ي quieſcens poſt keſra, quod ponitur loco fatha literarum اتين, يِيجَلُ): ſic & Imperativus, ut أُوجُهْ; at ſi ا habet keſra, و mutatur in ي, ſecundùm Canon. 2. gen. ut إِيجَلْ pro إِوْجَلْ inſtar إِعْلَمْ.

Sed وَطِئَ pro وَطَأَ *ſubjecit*, وَسِعَ *amplus fuit*, وَقَعَ *cecidit*, وَدَعَ *ſivit*, وَهَبَ *donavit*, & وَضَعَ *poſuit;* etſi forment futurum cum fatha ad penultimam; و tamen, non ſecus ac ſi penultima keſra haberet, abjiciunt: quia fatha illud habent pro

pro kesra, ob ultimam vel penultimam gutturalem, diciturque, يَطَأُ , يَسَعُ , يَقَعُ &c. & in Imp. طَأْ , سَعْ , قَعْ, &c.

Sic & sine gutturali يَذَرُ *finit*, ab inusitato in Præterito & Participio وَذَرَ .

Quiescentia autem Phe ي, mutant illud in و, cùm giezma habet post damma, juxta Canon. 2. generalem: ut أَيْسَرَ *dives fuit*, habet in Futuro يُوسِرُ pro يُيْسِرُ, instar يُنْصِرُ: & in Participio مُوسِرٌ pro مُيْسِرٌ, ut مُنْصِرٌ.

In reliquis omnibus utraque perfecta sunt; nisi quòd in Conjugatione octava اِفْتَعَلَ, و & ي in ت mutant, idque ت characteristico per tesdid inserunt; uti dictum est hujus libri Cap. primo, ut

اِتَّعَدَ		اِوْتَعَدَ	اِتَّسَرَ		اِيْتَسَرَ
يَتَّعِدُ	pro	يَوْتَعِدُ	يَتَّسِرُ	pro	يَيْتَسِرُ
مُتَّعِدٌ		مُوتَعِدٌ	مُتَّسِرٌ		مُيْتَسِرٌ
اِتِّعَادًا		اِوْتِعَادًا	اِتِّسَارًا		اِيْتِسَارًا

Manent tamen interdum, & accommodant sese vocali præcedenti; cui, si non sunt, fiunt homogeneæ, ut

يَيْتَسِرُ

اِيتَعَدَ يَاتَعِدُ مُوتَعِدٌ	pro	اُوتُعِدَ يُوتَعَدُ	اِيتَسَرَ يَاتَسِرُ مُوتَسِرٌ	pro	يَيْتَسِرُ مَيْتَسِرٌ
اِيتِعَادًا	pro	اِوْتِعَادًا	اِيتِسَارًا		

CAPUT OCTAVUM.

De Quiescente Ain.

QUIESCENTIA Ain ab Arabibus vocantur Concava: ſuntque ea quæ habent mediam radicalem و vel ي; quæ in literæ prima, quarta, ſeptima, octava & decima Conjugatione aut excidunt, aut vocali ſuâ amiſsâ quieſcunt; unde maximam in iis hæc verba habent irregularitatem.

Paradigmata primæ Conjugationis ſunt hujuſmodi:

Concavum و.

PRÆTERITUM.

Plural.	*Dual.*	*Singul.*	
قَالُوا قُلْنَ	قَالَا قَالَتَا	قَالَ قَالَتْ	3
قُلْتُمْ قُلْتُنَّ	قُلْتُمَا	قُلْتَ قُلْتِ	2
قُلْنَا		قُلْتُ	1

FVTV-

FVTVRVM.

Plural.	Dual.	Singular.	
يَقُولُونَ يَقُلْنَ	يَقُولَانِ تَقُولَانِ	يَقُولُ تَقُولُ	3
تَقُولُونَ تَقُلْنَ	تَقُولَانِ	تَقُولُ تَقُولِينَ	2
نَقُولُ		أَقُولُ	1

IMPERATIVUS.

Plural.	Dual.	Sing.
قُولُوا قُلْنَ	قُولَا	قُلْ قُولِي

PARTICIPIVM.

Plural.	Dual.	Singul.
قَائِلُونَ	قَائِلَانِ	قَائِلٌ
قَائِلَاتٌ	قَائِلَتَانِ	قَائِلَةٌ

INFINITIVUS.

قَوْلًا.

Concavum ي.

PRÆTERITUM.

	Pluralis.	*Dualis.*	*Singularis.*
	Fœm. Com. Masc.	Fœm. Com. Masc.	Fœm. Com. Masc.
3	سَارُوا سِرْنَ	سَارَا سَارَتَا	سَارَ سَارَتْ
2	سِرْتُمْ سِرْتُنَّ	سِرْتُمَا	سِرْتَ سِرْتِ
I	سِرْنَا		سِرْتُ

FUTURUM.

	Pluralis.	*Dualis.*	*Singularis.*
	Fœm. Com. Masc.	Fœm. Com. Masc.	Fœm. Com. Masc.
3	يَسِيرُونَ يَسِرْنَ	يَسِيرَانِ تَسِيرَانِ	يَسِيرُ تَسِيرُ
2	تَسِيرُونَ تَسِرْنَ	تَسِيرَانِ	تَسِيرُ تَسِيرِينَ
I	نَسِيرُ		أَسِيرُ

IMPERATIVUS.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
Fœm. Masc.	Com.	Fœm. Masc.
سِيرُوا سِرْنَ	سِيرَا	سِرْ سِيرِي

PARTICIPIUM.

سَائِرُونَ سَائِرَاتٌ	سَائِرَانِ سَائِرَتَانِ	سَائِرٌ سَائِرَةٌ

INFINITIVUS.

سَيْرًا

De Præ-

De Præterito.

In tertiis perſonis (exceptâ plurali fœm.) و & ي vocali ſuâ abjectâ mutantur in ا quieſcens poſt fatha primæ radicalis, ut ſint pro

قَوَلَ قَوَلَتْ | قَوَلَا قَوَلَتَا | قَوَلُوا
سَيَرَ سَيَرَتْ | سَيَرَا سَيَرَتَا | سَيَرُوا

& ſic quoque cùm media habet keſra vel damma; ut خَافَ *timuit* pro خَوِفَ, طَالَ *longus fuit*, pro طَوُلَ, هَابَ *pavit* pro هَيِبَ.

In reliquis ipſæ excidentes (juxta Canonem tertium general.) vocalem ſuam ad literam præcedentem, cujus vocalis perit, rejiciunt, immutatam quidem ſi eſt keſra vel damma, ut

خَوِفْتُ خَوِفْتِ خَوِفْتَ pro خِفْتَ خِفْتِ خِفْتُ &c.
طَوُلْتَ طَوُلْتِ طَوُلْتُ pro طُلْتَ طُلْتِ طُلْتُ &c.
هَيِبْتَ هَيِبْتِ هَيِبْتُ pro هِبْتَ هِبْتِ هِبْتُ &c.

at mutatam, ſi eſt fatha; in damma quidem cùm quieſcens eſt و, ut

قَوَلْتَ قَوَلْتِ قَوَلْتُ pro قُلْتَ قُلْتِ قُلْتُ &c.

in keſra verò cùm eſt ي, ut

سَيَرْتَ سَيَرْتِ سَيَرْتُ pro سِرْتَ سِرْتِ سِرْتُ &c.

Itaque prima radicalis concavorum ي in iſtis perſonis keſra perpetuò habet: nam formam فُعَلَ inveniri in iis non puto: at in concavis و, damma, à formis فَعَلَ & فَعُلَ; vel keſra à فَعِلَ.

De Futuro.

PENULTIMA radicis ſi in Præterito fatha habet, id hîc quieſcentia و in damma, quieſcentia ي in keſra mutant, ut يَقُولُ, يَسِيرُ; ſi keſra, in fatha, ut يَخَافُ, يَهَابُ; ſi damma, id regulariter manet, ut يَطُولُ. Rejicitur autem ea vocalis ad primam radicalem, ut ſecunda in ea quieſcat: quod fit abſque ulla mutatione, ſi ſit damma vel keſra; at converſione quieſcentis in ا, ſi fatha: ut in exemplis allatis; ponuntur enim pro يَقْوُلُ, يَسْيِرُ, يَخْوَفُ, يَهْيَبُ, & يَطْوُلُ. At in plurali fœm. ob giezma literæ ſequentis (juxta Can. 3. general.) quieſcens excidit, diciturque يَقُلْنَ, يَسِرْنَ, يَخَفْنَ, pro يَقُولْنَ, يَسِيرْنَ, يَخَافْنَ. quod & eadem de cauſa in Apocope iis perſonis accidit, quarum tertia radicalis giezma recipit: ut

لَمْ	يَقُلْ	تَقُلْ	أَقُلْ	نَقُلْ
	يَسِرْ	تَسِرْ	أَسِرْ	نَسِرْ
	يَخَفْ	تَخَفْ	أَخَفْ	نَخَفْ

De Imperativo.

ELIF hîc non præfigitur ob Canonem imperii: accipit enim prima vocalem ſecundæ, quæ quieſcit expreſſa; præterquam in Singulari Maſculino & Plurali Fœm. ubi excidit ob giezma tertiæ radicalis. Unde in Singul. Maſcul. cum ن Paragogico, quod tertiæ dat fatha, redit: ut قُولَنَّ *dic*, بِيعَنَّ *vende*, خَافَنَّ *time*.

De Participio.

Hîc ſecunda ob Elif quieſcens, quod primæ poſtponitur, cogitur ad motum (duæ enim quieſcentes concurrere nequeunt) à quo abhorrens in locum ſuum ſubſtituit hamza ſeu Elif mobile; quod ſecundùm Canonem primum Elif in ئ mutatur: itaque قَائِلٌ eſt pro قَاأِلٌ, & hoc pro قَاوِلٌ; سَائِرٌ pro سَاإِرٌ, & hoc pro سَايِرٌ.

De Infinitivo.

Infinitivus regularis eſt.

Paſſivum Concavi ى.

PRÆTERITUM.

Plural.		Dual.		Sing.	
قِلْنَ	قِيلُوا	قِيلَتَا	قِيلَا	قِيلَتْ	قِيلَ
قِلْتُنَّ	قِلْتُمْ	قِلْتُمَا		قِلْتِ	قِلْتَ
قِلْنَا				قِلْتُ	

FVTVRVM.

Plural.	Dual.	Singul.
يُقَالُونَ يُقَلْنَ	يُقَالَانِ تُقَالَانِ	يُقَالُ تُقَالُ
تُقَالُونَ تُقَلْنَ	تُقَالَانِ	تُقَالُ تُقَالِينَ
نُقَالُ		أُقَالُ

PARTICIPIVM.

مَقُولُونَ مَقُولَاتٌ	مَقُولَانِ مَقُولَتَانِ	مَقُولٌ مَقُولَةٌ

Paſſivum Concavi ي.

Plur.	Dual.	Sing.
سِيرُوا سِرْنَ	سِيرَا سِيرَتَا	سِيرَ سِيرَتْ
سِرْتُمْ سِرْتُنَّ	سِرْتُمَا	سِرْتَ سِرْتِ
سِرْنَا		سِرْتُ

FVTVRVM.

Plural.	Dual.	Singul.
يُسَارُونَ يُسَرْنَ	يُسَارَانِ تُسَارَانِ	يُسَارُ تُسَارُ
تُسَارُونَ تُسَرْنَ	تُسَارَانِ	تُسَارُ تُسَارِينَ
نُسَارُ		أُسَارُ

PARTICIPIUM.

Plural.	Dual.	Sing.
مُسِيرٌ مُسِيرُونَ مُسِيرَاتٌ	مُسِيرَانِ مُسِيرَتَانِ	مُسِيرٌ مُسِيرَةٌ

De Præterito.

KESRA mediæ radicalis rejicitur ad primam, cujus vocalis perit; ut pro سُيِرَ sit سِيرَ, & pro قُوِلَ, قِيلَ Waw in Ie mutato, juxta Can. 2. generalem. Secundæ & primæ personæ Concavorum Ie coincidunt cum Activo, sed sensu orationis facilè distinguuntur.

De Futuro.

FATHA mediæ radicalis ad primam retrocedente, و & ي mutantur in ا quiescens, juxta Can. 2. gen. quo ا regulariter in Plur. Fœm. excidit: est itaque يُقَالُ pro يُقْوَلُ, يُسَارُ pro يُسْيَرُ.

De Participio.

DAMMA secundæ radicalis ad primam rejecto, و participiale (etsi quidam malunt radicale) excidit; quia duæ literæ simul in una vocali nequeunt quiescere: estque مَقُولٌ pro مَقْوُولٌ: & ي quiescens non accommodat se more solito vocali præcedenti damma; sed contrà, discriminis ergo, eam sibi accommodat, vertitque in kesra, ut dicatur مَسِيرٌ, non مَسُورٌ, pro مَسْيُورٌ.

Reperies tamen etiam apud Auctores probatos, maximè

ximè apud Poëtas, participia hæc regulariter formata, potiſſimùm in Concavis ي; ut مَصْوُونٌ *cuſtoditus*, مَخْيُوطٌ *conſutus*, مَكْيُولٌ *menſuratus*.

Similis eſt ratio Conjugationum quartæ, ſeptimæ, octavæ, & decimæ: in his enim و & ي moveri quoque nolunt, ſed abjectâ vocali ſuâ vel ad præcedentem rejectâ quieſcunt, expreſſæ ante vocalem, abjectæ ante gjezma, hoc modo:

ACTIVA.

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*	
اِقَالَةٌ	مُقِيلٌ	أَقِلْ	يُقِيلُ	أَقَالَ	4
اِسَارَةٌ	مُسِيرٌ	أَسِرْ	يُسِيرُ	أَسَارَ	
اِنْقِيَالًا	مُنْقَالٌ	اِنْقَلْ	يَنْقَالُ	اِنْقَالَ	7
اِنْسِيَارًا	مُنْسَارٌ	اِنْسَرْ	يَنْسَارُ	اِنْسَارَ	
اِقْتِيَالًا	مُقْتَالٌ	اِقْتَلْ	يَقْتَالُ	اِقْتَالَ	8
اِسْتِيَارًا	مُسْتَارٌ	اِسْتَرْ	يَسْتَارُ	اِسْتَارَ	
اِسْتِقَالَةٌ	مُسْتَقِيلٌ	اِسْتَقِلْ	يَسْتَقِيلُ	اِسْتَقَالَ	10
اِسْتِسَارَةٌ	مُسْتَسِيرٌ	اِسْتَسِرْ	يَسْتَسِيرُ	اِسْتَسَارَ	

PASSIVA.

4 أُقِيلَ يُقَالُ مُقَالٌ أُسِيرَ يُسَارُ مُسَارٌ

7 اُنْقِيلَ

7 أُنْقِيلَ يُنْقَالُ مُنْقَالٌ أُنْسِيرَ يُنْسَارُ مُنْسَارٌ

8 أُقْتِيلَ يُقْتَالُ مُقْتَالٌ أُسْتِيرَ يُسْتَارُ مُسْتَارٌ

10 أُسْتُقِيلَ يُسْتَقَالُ مُسْتَقَالٌ أُسْتُسِيرَ يُسْتَسَارُ مُسْتَسَارٌ

Vides hîc non differre Concava و à Concavis ي: & Participia quoque Passiva septimæ & octavæ Conjugat. coincidere cum Activis: sed usus & circumstantia textûs ea discernunt. In Infinitivis quartæ & decimæ Conjugationis و & ي fatha suo ad præcedentem gjezmatam rejecto, in Elif quiescens mutantur; post quod ا illud quiescens quod ad formationē Infinitivi ultimæ præponitur in أَنْصَارًا & اِسْتِنْصَارًا, excidit, ob causam in Participio allatam; sed ad compensationem ejus ة in fine accedit, diciturque إِقَالَةً pro إِقْوَالًا, اِسْتِقَالَةً pro اِسْتِقْوَالًا. Septimæ & octavæ Conjugationis Infinitivi mediam regulariter movent; sed Concava و eam insuper in ي mutant, ut patet in Paradigmate.

Reliquæ Conjugationes perfectè inflectuntur; ut

قَوَّلَ	يُقَوِّلُ	قَوِّلْ	مُقَوِّلٌ	تَقْوِيلًا
قَاوَلَ	يُقَاوِلُ	قَاوِلْ	مُقَاوِلٌ	مُقَاوَلَةً
سَيَّرَ	يُسَيِّرُ	سَيِّرْ	مُسَيِّرٌ	تَسْيِيرًا
سَايَرَ	يُسَايِرُ	سَايِرْ	مُسَايِرٌ	مُسَايَرَةٌ

& sic quoque تَقَوَّلَ, تَقَاوَلَ, اِسْوَدَّ, اِبْيَضَّ, & cæt.

Quin & verba quædam mediam و vel ي habentia in primis illis Conjugationibus regulariter etiam inflecti reperies: ut

عَاوَرَ أَعْوِرْ يَعْوَرُ عَوِرَ *monoculus fuit.*

صَايِدْ أُصْيُدْ يَصْيَدُ صَيِدَ *venatus est.*

& sic quoque اِسْتَعْوَرَ اِعْتَوَرَ اِنْعَوَرَ أَعْوَرَ

اِسْتَصْيَدَ اِصْطَيَدَ اِنْصَيَدَ أَصْيَدَ

quædam etiam in prima conjugatione imperfecta esse; in quarta verò, modò perfecta, modò imperfecta: ut,

رَاحَ *quievit.* } in افعل habet { أَرَاحَ & أَرْوَحَ

غَامَ *exhalavit.* } { أَغَامَ & أَغْيَمَ

Sic concava و in decima Conjug. sæpissimè perfectè etiam conjugantur: ut اِسْتَجَابَ & اِسْتَجْوَبَ *exaudivit*, اِسْتَصَابَ & اِسْتَصْوَبَ *approbavit*. quin non nemo Grammaticorum id perpetuò ait liberum esse; quod non probo.

CAPUT NONUM.

De verbo Quiescente ل.

QUIESCENTIA ل, hoc est, quæ ultimam radicalem habent و vel ي defectiva propriè vocantur ab Arabum Grammaticis; & hoc modo flectuntur in prima Conjugatione.

Activum

Activum Defectivi ى.

PRÆTERITVM.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
غَزَوْا غَزَوْنَ	غَزَوَا غَزَتَا	غَزَا غَزَتْ
غَزَوْتُمْ غَزَوْتُنَّ	غَزَوْتُمَا	غَزَوْتَ غَزَوْتِ
غَزَوْنَا		غَزَوْتُ

FVTVRVM.

Plural.	*Dual.*	*Sing.*
يَغْزُونَ يَغْزُونَ	يَغْزُوَانِ تَغْزُوَانِ	يَغْزُو تَغْزُو
تَغْزُونَ تَغْزُونَ	تَغْزُوَانِ	تَغْزُو تَغْزِينَ
نَغْزُو		أَغْزُو

IMPERATIVUS.

Plural.	*Dual.*	*Sing.*
أُغْزُوا أُغْزُونَ	أُغْزُوَا	أُغْزُ أُغْزِي

PARTICIPIVM.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
غَازُونَ غَازِيَاتٌ	غَازِيَانِ غَازِيَتَانِ	غَازٍ غَازِيَةٌ

INFINITIVUS.

غَزْوًا

Activum defectivi ي.

PRAETERITVM.

Plur.	Dual.	Sing.
رَمَوْا رَمَيْنَ	رَمَيَا رَمَتَا	رَمَي رَمَتْ
رَمَيْتُمْ رَمَيْتُنَّ	رَمَيْتُمَا	رَمَيْتَ رَمَيْتِ
رَمَيْنَا		رَمَيْتُ

FVTVRVM.

Plur.	Dual.	Sing.
يَرْمُونَ يَرْمِينَ	يَرْمِيَانِ تَرْمِيَانِ	يَرْمِي تَرْمِي
تَرْمُونَ تَرْمِينَ	تَرْمِيَانِ	تَرْمِي تَرْمِينَ
نَرْمِي		أَرْمِي

IMPERATIVUS.

Plur.	Dual.	Sing.
اِرْمُوا اِرْمِينَ	اِرْمِيَا	اِرْمِ اِرْمِي

PARTI-

PARTICIPIUM.

Plural.		Dual.		Singul.	
رَامِيَاتٌ	رَامُونَ	رَامِيَتَانِ	رَامِيَانِ	رَامِيَةٌ	رَامٍ

INFINITIVUS.

رَمْيًا

De Præterito.

غَزَا *oppugnavit* eſt pro غَزَوَ, و in Elif quieſcens converſo, juxta Canonem tertium و; & رَمَى *projecit*, pro رَمَيَ, abjectâ vocali τῶ ي, quod quieſcit inſtar Elif, juxta Canone mtertium ي: & excidit utraque cum vocali ſua in tertia perſona fœmin. ſingularis ac dualis, & maſc. pluralis. Dicitur enim

غَزَتْ / رَمَتْ pro غَزَوَتْ / رَمَيَتْ; غَزَتَا / رَمَتَا pro غَزَوَتَا / رَمَيَتَا; غَزَوْا / رَمَوْا pro غَزَوُوا / رَمَيُوا.

Cùm media radicis habet damma, non mutatur و radicale, ut سَرُوَ *potitus fuit:* cùm verò keſra poſſidet, convertitur ubique in ي, ut رَضِيَ, pro رَضِوَ, juxta Canon. quintum و; ut رَضِيتَ رَضِيتِ, pro رَضِوْتَ رَضِوْتِ, juxta Can. 2. gen. At tunc etiam in tertia fœm. ſing. & dualis non excidit; ut رَضِيَتْ رَضِيَتَا, سَرُوَتْ سَرُوَتَا: ſecus in Plurali maſculino, ubi dicitur رَضُوا, سَرُوا, juxta Canon. 1. و & ي.

De Fu-

De Futuro.

ULTIMA radicalis, abjecto damma suo, quiescit. Penultima, si in Præt. fatha habet, id hîc (ut in Concavis) quiescentia و in damma, quiescentia ي in kesra mutant: ut يَغْزُو , يَرْمِي ; sed & ob gutturalem manet, sicut in perfectis, ut رَعَى يَرْعَى *pavit pascet.* si damma, id regulariter manet, ut يَسْرُو *noctu ibit*, quod flectitur ut يَغْزُو . si kesra, id in fatha mutatur, ut يَرْضَى *gratum habebit*: ubi & pro و est ي instar Elif quiescens, juxta posterius membrum Canonis tertii و ; ponitur enim pro يَرْضَوُ : flectiturque hoc modo,

يَرْضَيْنَ	يَرْضَوْنَ	تَرْضَيَانِ	يَرْضَيَانِ	تَرْضَى	يَرْضَى
تَرْضَيْنَ	تَرْضَوْنَ		تَرْضَيَانِ	تَرْضَيْنَ	تَرْضَى
	نَرْضَى				أَرْضَى

In plurali masculino, & singulari secundæ personæ foeminino, juxta Canonem primum و & ي, fit contractio, quæ aufert differentiam pluralis mascul. à plur. fœm. cùm penultima Futuri habet damma, ut patet in تَغْزُونَ & يَغْزُونَ ; & singularis fœm. secundæ personæ, à plur. fœm. secundæ personæ, cùm penultima possidet kesra vel fatha; ut in تَرْضَيْنَ & تَرْمِينَ .

Præpositis particulis giezmantibus, ultima radicalis non recipit giezma, sed excidit, & ن regulariter abjicitur hoc modo, *Plural.*

Plural.		Dual.		Sing.		
يَغْزُونَ	يَغْزُوا	تَغْزُوا	يَغْزُوا	تَغْزُ	يَغْزُ	
تَغْزُونَ	تَغْزُوا	تَغْزُوا		تَغْزِي	تَغْزُ	لَمْ
نَغْزُ				أَغْزُ		

Et ſic quoque لَمْ يَرْمِ & لَمْ يَرْضَ: ſed interdum licet rariſſimè, manere ultimam reperies, dicique لَمْ يَغْزُو, لَمْ يَرْضَي, لَمْ يَرْمِي.

At cùm particulæ fathantes præmittuntur, ultima regulariter recipit fatha; ut

تَرْمِيَ	يَرْمِيَ		تَغْزُوَ	يَغْزُوَ		
&c. تَرْمِي	تَرْمِيَ	لَنْ	تَغْزِي	تَغْزُوَ	لَنْ	
أَرْمِيَ			أَغْزُوَ			

Niſi penultima habeat fatha; tunc enim obſtat Canon tertius ي; ut لَنْ يَرْضَي تَرْضَي &c. Sic & و interdum manet quieſcens poſt damma, ſed rariſſimè; ut لَنْ نَعْفُو *neutiquam condonabimus.*

De Imperativo.

Imperativus, ut in perfectis, fit à futuro giezmato, præfixo ا imperativo, ut أُغْزُ, إِرْمِ, إِرْضَ: reditque cum Nun paragogico tertia radicalis abjecta in ſingulari maſc. ut أُغْزُونَ,

أَغْزُونَّ , اِرْمِيِنَّ , أُرْضَيِنَّ . In singul fœminino & plur. masculino adhibetur contractio, eo prorsus modo quo in Futuro.

De Participio.

In singulari masc. و finale post kesra mutatur in ي, juxta Canonem quintum و, fitque غَازِيٌ pro غَازِوٌ : & quia Ie finale post kesra nequit habere damma, juxta quartum Canonem ي, id abjicit, ejusque Nun ad præcedentem rejecto, ipsa etiam excidit, ut غَازٍ pro غَازِيٌ; sicut eo amisso redit, ut أَلْغَازِي pro أَلْغَازِيُ (nam articulum tollere Nun ultimæ vocalis pòst disces:) Eadem est ratio defectivi ي, ut رَامٍ pro رَامِيٌ , أَلرَّامِي pro أَلرَّامِيُ : & quia ي finale post kesra etiam respuit kesra, juxta eundem Canonem quartum, dicitur etiam in genitivo غَازٍ & رَامٍ pro غَازِيٍ & رَامِيٍ. At accusativus est regularis, غَازِيًا *pugnantem*, رَامِيًا *projicientem*. In غَازِيَةٌ & رَامِيَةٌ redit ي abjectum; quia extra finem dictionis collocatur. & in غَازُونَ fit contractio, ut in Futuro.

De Infinitivo.

Infinitivus est regularis.

De Passivo.

Passivi similis est ratio: ut,

PRÆ-

PRÆTERITUM.

Defectivum ي.		*Defectivum* و.	
رُمِيتُ	رُمِيَ	غُزِيتُ	غُزِيَ
رُمِيتِ	رُمِيتَ	غُزِيتِ	غُزِيتَ
رُمِيتُ		غُزِيتُ	
&c.		&c.	

FUTURUM.

تُرْمَى	يُرْمَى	تُغْزَى	يُغْزَى
تُرْمَيْنَ	تُرْمَى	تُغْزَيْنَ	تُغْزَى
أُرْمَى		أُغْزَى	
&c.		&c.	

PARTICIPIUM.

مَرْمِيَّةٌ	مَرْمِيٌّ	مَغْزُوَّةٌ	مَغْزُوٌّ
&c.		&c.	

غُزِيَ eſt pro غُزِوَ juxta Canonem quintum و. in يُغْزَى mutatur و in ي quieſcens inſtar Elif, juxta tertium Canonem و. يُرْمَى autem eſt pro يُرْمَيُ, ſecundùm tertium Canonem ي. مَغْزُوٌّ eſt pro مَغْزُوو per contractionem: & مَرْمِيٌّ pro مَرْمُويٌ, juxta quintum Canonem ي.

 Atque

Atque hujus Conjugationis normam derivativæ omnes sequuntur, ut,

PASSIVUM.		ACTIVUM.	
Futur.	*Præt.*	*Futur.*	*Præt.*
يُغَزَّي	غُزِّيَ	يُغَزِّي	غَزَّي
يُغَازَي	غُوزِيَ	يُغَازِي	غَازَي
يُغْزَي	أُغْزِيَ	يُغْزِي	أَغْزَي
يُتَغَزَّي	تُغُزِّيَ	يَتَغَزَّي	تَغَزَّي
يُغْتَزَي	أُغْتُزِيَ	يَغْتَزِي	إِغْتَزَي
يُسْتَغْزَي	أُسْتُغْزِيَ	يَسْتَغْزِي	إِسْتَغْزَي

PASSIVUM.		ACTIVUM.	
Futur.	*Præt.*	*Futur.*	*Præt.*
يُرَمَّي	رُمِّيَ	يُرَمِّي	رَمَّي
يُرَامَي	رُومِيَ	يُرَامِي	رَامَي
يُرْمَي	أُرْمِيَ	يُرْمِي	أَرْمَي
يُتَرَمَّي	تُرُمِّيَ	يَتَرَمَّي	تَرَمَّي
يُرْتَمَي	أُرْتُمِيَ	يَرْتَمِي	إِرْتَمَي
يُسْتَرْمَي	أُسْتُرْمِيَ	يَسْتَرْمِي	إِسْتَرْمَي

Et sic

Et ſic in cæteris Conjugationibus & temporibus primæ Conjugationis regulæ obſervantur: ſolùmque notandum eſt, ي illud quod in præteritis Defectivi ى ponitur loco ى, juxta poſterius membrum Canonis tertii ى, in primis & ſecundis perſonis manere, & diphthongeſcere cum fatha, dicique, أَغْزَيْ أَغْزَيْتَ أَغْزَيْتِ &c. ſecus atque in prima Conjugatione, ubi redit ى.

CAPUT DECIMUM.

De Verbo dupliciter imperfecto.

VERBA dupliciter imperfecta, ſimpliciter imperfecta per omnia ſequuntur. Claſſes autem eorum duæ ſunt; quarum prima continet ea quæ hamzata ſunt & ſimul quieſcentia: quorum quatuor ſunt ſpecies.

1. Hamzatum Fe & quieſcens Ain: ut آبَ *reverſus eſt*; quod conjugatur ſicuti أَثَرَ & قَالَ: ut

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
أَوْبًا	آيِبٌ	أُبْ	يَؤُوبُ	آبَ

2. Hamzatum Lam & quieſcens Ain: ut سَاءَ *contriſtavit*, جَاءَ *venit*. quorum illud conjugatur ut قَالَ & هَنَأَ; hoc ut سَارَ & هَنَأَ: exempli gratia,

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
مَسَاءَةٌ	سَاءٍ	سُؤْ	يَسُوءُ	سَاءَ
جِيئَةٌ & مَجِيئاً	جَاءٍ	جِئْ	يَجِيءُ	جَاءَ

3. Hamzatum Fe & quiescens Lam: ut أَتَى *venit*; quod conjugatur ficut أَثَرَ & رَمَى, ut

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
إِتْيَاناً	آتٍ	إِيتِ	يَأْتِي	أَتَى

Dicitur tamen & تِهْ in Imperativi fing. mafculino.

4. Hamzatum Ain & quiefcens Lam: ut نَأَى *receffit*; quod conjugatur ficut سَأَلَ & رَمَى, ut

Part.	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
نَاءٍ	إِنْأَ	يَنْأَى	نَأَى

Fatha penultimæ manet in Futuro & Imperativo, quia elif eft litera gutturalis. Et fic quoque regulariter conjugaretur رَأَى *vidit*: fed ob frequentem ufum hamza abjicit, vocali ejus ad præcedentem rejectâ, quoties ر giezma habet; ideoque in Futuro & Imperativo primæ Conjugationis fic habet:

FVTV-

FUTURUM.

Plural.		*Dual.*		*Singul.*	
يَرَيْنَ	يَرَوْنَ	تَرَيَانِ	يَرَيَانِ	تَرَى	يَرَى
تَرَيْنَ	تَرَوْنَ	تَرَيَانِ		تَرَيْنَ	تَرَى
نَرَى				أَرَى	

pro يَرْأَى, تَرْأَى &c; ficuti & apud Poëtas interdum, verfu id exigente, occurrit.

IMPERATIVUS.

Plur.		*Dual.*	*Sing.*		
رَيْنَ	رَوْا	رَيَا	رَيْ	رَهْ	vel رَ

vel cum Nun paragogico,

رَيْنَانِّ	رَوُنَّ	رَيَانِّ	رَيِنَّ	رَيَنَّ

Invenitur tamen etiam non rarò regulariter formatus, ut إِرْأَ, إِرْأَيْ &c.

Et in tota Conjugatione quarta أَفْعَلَ, ut

PRÆTERITUM.

أَرَى أَرَتْ أَرَيْتَ أَرَيْتِ أَرَيْتُ

FUTURUM.

يُرِي تُرِي تُرِينَ أُرِي &c.

IMPERATIVUS.

Plural.	*Dual.*	*Singul.*
أَرُوا أَرِينَ	أَرِيَا	أَرِ أَرِي

& cum Nun paragogico,

أَرُنَّ أَرِينَانِّ	أَرِيَانِّ	أَرِيَنَّ أَرِنَّ

PARTICIPIUM.

مُرُونَ مُرِيَاتٌ	مُرِيَانِ مُرِيَتَانِ	مُرٍ مُرِيَةٌ

INFINITIVUS.

إِرَاءٌ vel إِرَاءَةٌ aut إِرْيَةٌ

Quin reliqua etiam verba omnia hujus ordinis in Conjugatione hâc quartâ hamza etiam posse abjicere doctissimi tradunt Grammatici; ac proinde dici non solùm أَنْأَى يُنْئِي مُنْئٍ, sed & أَنَى يُنِي مُنٍ.

Cùm ر giezma non habet, regulariter conjugatur رَأَى, nec amittit hamza; ut

PRÆTERITUM.

رَأَى رَأَتْ رَأَيْتَ رَأَيْتِ رَأَيْتُ

PAR-

PARTICIPIUM.

رَاءٍ رَاءِيَةٌ &c. | رَاءِيَانِ رَاءِيَتَانِ

INFINITIVUS.

رَأْيًا

Et ſic quoque in Participio Paſſivi eſt مَرْئِيٌّ ut مَرْمِيٌّ; licet ر habeat giezma.

Secunda verborum dupliciter imperfectorum claſſis continet dupliciter quieſcentia, quæ ab Arabibus vocantur Involuta; ſuntque duûm generum, Separata & Conjuncta. Involutum ſeparatum eſt quod quieſcit primâ & ultimâ, ut وَقَى *cuſtodivit*, وَجِيَ *ungulam attritam habuit* (*equus* ſcilicet) quorum illud flectitur, ut وَعَدَ & رَمَى, hoc verò ut وَجِلَ & رَضِيَ; exempli gratia,

Part.	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
وَاجٍ	اِيجَ	يَوْجَى	وَجِيَ	وَاقٍ	قِهْ vel قِ	يَقِي	وَقَى

Imperativus قِ in reliquis perſonis reſumit ي, adhibitâ tamen contractione in ſing. & plur. maſc. ut

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
قُوا قِينَ	قِيَا	قِ قِي

Sic cum ن paragogico in ſingul. maſc. قِيَنَّ dicitur.

Invo-

Involutum conjunctum, quod quiescit mediâ & ultimâ, ut شَوَيَ *assavit*, قَوِيَ *valuit*, حَيِيَ *vixit*: quæ perfectè conjugantur quoad mediam, at imperfectè quoad ultimam; شَوَيَ quidem ficut رَمَى, قَوِيَ verò & حَيِيَ ficut رَضِيَ; ut

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
شَيًّا	شَاوٍ	اِشْوِ	يَشْوِي	شَوَيَ
قُوَّةٌ	قَاوٍ	اِقْوَ	يَقْوَى	قَوِيَ
حَيَوةٌ	حَايٍ	اِحْيَ	يَحْيَا	حَيِيَ

Infinitivus شَيًّا est pro شَوْيًا fecundùm Canonem tertium و & ي; & قُوَّةٌ pro قُوْوَةٌ juxta Canonem de fecunda fyllabæ mixtæ litera: est autem قَوِيَ pro قَوِوَ, و ultimo juxta Canonem quintum و ob kefra præcedens in ي converfo; unde definit ultimam penultimæ fimilem habere, & Surdum effe. Sicuti contrà, حَيِيَ convertens و finale in ي juxta eundem Canonem, accipit ultimam penultimæ fimilem. unde & more Surdi contractionem non raro patitur: dicitur enim in Præterito حَيِيَ & حَيَّ; quanquam nonnulli kefra penultimo ad primam rejecto malunt حِيَّ dicere: & in Futuro يَحْيَا (ubi ي inftar Elif quiefcens, in quod و converfum erat juxta

juxta Canonem tertium و, in ا quiescens mutatur ob ي præcedens, juxta Canonem tertium ي) & يَحَيُّ. Pro Participio حَايٍ usitatius est adjectivum حَيٌّ *vivus*. In Infinitivo و radicale suâ vocali abjectâ quiescit instar Elif: quod particulare est,& de eo Can. secun. و & ي vide.

Sic in reliquis quoque Conjugationibus hæc verba analogiam quiescentium ultimâ sequuntur. Sed حيي in decima Conjugat. ي prius interdum abjicit, vocali ejus ad præcedentem rejectâ: dicitur enim,

إِسْتَحْيَا يَسْتَحْيِي إِسْتَحْيِ مُسْتَحْيٍ إِسْتِحْيَآءٌ

& إِسْتَحَى يَسْتَحِي إِسْتَحِ مُسْتَحٍ إِسْتِحَآءٌ

Verba tripliciter imperfecta paucissima reperiuntur: suntque hamzata Fe & Involuta conjuncta: ut أَوَي *recepit*; vel hamzata Ain & Involuta separata, ut وَأَي *stetit promissis*: quorum illud conjugatur ut أَثَرَ & شَوَي, hoc ut سَأَلَ & وَقَي: ut

Inf.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
أَيًّا	آوٍ	إِءْوِ	يَأْوِي	أَوَي
وَأْيًا	وَاءٍ	إِ & إِهْ	يَإِي	وَأَي

Verba tribus radicalibus aut primis duabus quiescentia nulla dantur. Itaque hæc de Imperfectis, & de verbis in universum sufficiant.

FINIS LIBRI SECVNDI.

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ

Liber Tertius,

De NOMINE.

IN Nomine consideranda sunt Qualitas, Species, Forma, Genus, Motio, Numerus, Casus, Declinatio, & Comparatio.

CAPUT PRIMUM.

De Qualitate.

QUALITATE Nomen aliud est Substantivum, idque Proprium, ut مُحَمَّدٌ *Muhammed*, مَكَّةُ *Mecca*, جَيْحُونُ *Oxus fluv.* aut Appellativũ; ut نَبِيٌّ *propheta*, مَدِينَةٌ *civitas*, نَهْرٌ *fluvius*: vel Adjectivum, ut صَغِيرٌ *parvus*, أَبْيَضُ *albus*. Quorum Proprium naturâ suâ restrictum & determinatum est: Appellativum verò & Adjectiva latè patentia & vaga; sed restringuntur præfixo Articulo أَلْ ὁ ἡ τὸ, ut أَلنَّبِيُّ ὁ προφήτης, أَلْمَدِينَةُ ἡ πόλις, أَلصَّغِيرُ ὁ μικρός,

ὁ μικρὸς, أَلْأَبْيَضُ ὁ λευκὸς. Cujus Articuli literam ل ante Solarem inter pronunciandum perire, Solari in compensationem ejus duplicatâ, dictum est Cap. 4. libri primi: ا autem ejus unionis esse, vocalemque suam fatha in fluxu sententiæ abjicere, & consonam sequentem cum præcedentis dictionis aut literæ servilis vocali unire, constat ex ejusdem libri Capite quinto.

Appellativum autem restringitur quoque constructione, seu regimine genitivi; separati quidem, ut in عَبْدُ ٱللّٰهِ *servus Dei*; conjuncti verò, ut عَبْدُهُ *servus ejus*. unde Articulum tunc non admittit: sicuti nec unquam Proprium, quippe naturâ suâ determinatum. Multa tamen virorum nomina ex appellativis facta possident Articulum, sed ut essentialem, non ut accessorium; ex. gr. أَلْخَلِيلُ, أَلْقَاسِمُ: quæ tamen & brevitatis causa interdum eum amittunt. Sic & Particularum quarundam compositionem Articulus pòst dicetur ingredi.

CAPUT SECUNDUM.

De Specie.

SPECIES duplex est, Primitiva & Derivativa: Nomen Primitivum est quod non derivatur aliunde; ut رَأْسٌ *caput*, لَحْمٌ *caro*: Derivativum verò quod ab alio derivatur; estque Verbale vel Nominale. Verbale est quod derivatur à Verbo: qualia ferè sunt Adjectiva, ut

عظيمٌ *magnus*, ab عظم *magnus fuit*, صغيرٌ *parvus*, à صغر *parvus fuit*; أصفر *flavus*, à صفر *flavus fuit*; طيّبٌ *bonus*, à طابَ *bonus fuit*; ناصرٌ *adjuvans*, à نصر *adjuvit*, atque sic reliqua Participia adjectivè accepta: & substantiva significantia Actorem, Locum vel Tempus actionis, Instrumentum actionis, aut denique Actionem ipsam.

Nomen Actoris.

ACTOREM significant Participia activa, substantivè accepta: ut ناصرٌ *adjutor*, مالكٌ *rex*, *dominator*, قاعدٌ *sessor*, &c.

Nomen Loci & Temporis.

LOCUS & Tempus actionis eâdem nominis voce significantur: ut مكتبٌ *locus & tempus scriptionis*, مجلسٌ *locus & tempus sessionis*: fiuntque in prima triliteri Conjugatione à Futuro activo, م pro اتين posito, & vocali penultimâ manente, cùm est fatha, ut مشغل *locus & tempus laboris*, à يشغل; vel kesra, ut مضربٌ *locus & tempus verberationis*, à يضرب; مبيعٌ *locus & tempus emptionis*, à يبيعُ: at in fatha converso, cùm est damma, ut مدخل *locus & tempus introitus*, à يدخل; مقامٌ *locus & tempus stationis*, à يقومُ. Duodecim tamen hæc nomina damma in kesra mutant,

مشرق

مَشْرِقٌ	*locus ortûs, Oriens.*	مَنْخِرٌ	*locus spirationis*, id est, *nares.*
مَغْرِبٌ	*locus occasûs, Occidens.*	مَنْسِكٌ	*locus sacrificandi.*
مَرْفِقٌ	*locus innitendi cubitui.*	مَطْلِعٌ	*locus ascensûs.*
مَنْبِتٌ	*locus cretionis herbarũ.*	مَفْرِقٌ	*locus separationis capillorum.*
مَسْقِطٌ	*locus casûs.*	مَسْكِنٌ	*locus habitationis.*
مَجْزِرٌ	*locus jugulandi camelũ.*	مَسْجِدٌ	*locus adorationis.*

Quorum postrema quinque etiam regulariter cum fatha scribuntur: quod &, ex sententia quorundam, primis etiam sex accidere potest. Septimum quoque interdum irregulariter kesra sub م habet, & مِنْخِرٌ effertur.

Si autem verbum est simile و, penultima perpetuò kesra habet, & و si abjectum est redit: ut مَوْضِعٌ *locus* & *tempus positionis*, à يَضَعُ; مَوْعِدٌ *locus*, & *tempus promissionis*, à يَعِدُ; مَوْجِهٌ *locus & tempus eundi*, à يُوجِهُ. si verò est Defectivum, penultima perpetuò habet fatha: ut مَرْمًى (pro مَرْمَيٌ secundùm Can. tertium ي) *locus & tempus projectionis*, à يَرْمِي; مَدْعًى *locus & tempus vocationis*, à يَدْعُو; مَرْضًى *locus & tempus complacentiæ*, à يَرْضَى: à يَأْوِي tamen reperitur مَأْوًى, & cum kesra مَأْوٍ pro مَأْوِيٌ (juxta Canonem quintum ي) *locus & tempus mansionis.*

 Assu-

Assumitur interdum in Locorum nominibus ة in fine; ut مَقْبَرَةٌ *locus sepelitionis, cœmiterium*, à يَقْبِرُ; مَشْرَقَةٌ *locus ortûs, Oriens*, à يَشْرُقُ. ac tum penultima radicalis subinde damma habet; ut مَقْبُرَةٌ, مَشْرُقَةٌ. à يَظُنُّ autem, *existimat*, fit مَظِنَّةٌ cum kesra, *locus existimationis*.

In Verbis autem quadriliteris & Conjugationibus omnibus derivativis, formatur Nomen Loci & Temporis à Futur. passivo, posito م pro اتين; ita ut omnino conveniat cum Participio passivo: ut مُحْزَنٌ *locus & tempus contristationis*, à يُحْزَنُ; مُقَامٌ *locus & tempus constitutionis*, à يُقَامُ: sic مُنْقَطَعٌ *locus & tempus abscissionis*, مُدَحْرَجٌ *locus & tempus volutationis*, مُحْرَنْجَمٌ *locus & tempus tumultuationis*.

Nomen Instrumenti.

NOMEN Instrumenti fit præposito م cum kesra; estque formæ مِنْصَارٌ vel مِنْصَرٌ aut مِنْصَرَةٌ: ut مِفْتَاحٌ *quo quid aperitur, clavis*, à فَتَحَ *aperuit*; مِحْلَبٌ *mulctra*, ab حَلَبَ *mulsit*; مِكْنَسَةٌ *verriculum*, à كَنَسَ *verrit*. Sed مُنْخُلٌ *cribrum*, à نَخَلَ *cribravit*, habet damma super م & mediâ radicali; ut & مُدُقٌّ (contractè pro مُدْقُقٌ) *instrumentum quo contunduntur vestes*, à دَقَّ *contudit*. Dicitur tamen

tamen etiam regulariter مِدَقٌّ & مِدَقَّةٌ. His adjungunt etiam مُدْهُنٌ *vasculum in quo asservatur unguentum*, مُسْعُطٌ *vasculum in quo asservatur medicina caput purgans*, مُكْحُلَةٌ *vasculum in quo asservatur stibium*.& nonnulli etiam مُحْرُضَةٌ (pro quo tamen doctissimi Grammatici مِحْرَضَةٌ scribunt) *clavæ theca*. Sed hæc mihi non videntur actionum significare instrumenta: nullâ certè ratione hoc postremum, quod ne verbale quidem est.

Nomen actionis.

ACTIONEM ipsam significat Infinitivus, reliquorum Nominum more Casibus variabilis: ut ضَرْبٌ *verberatio*, إِحْزَانٌ *contristatio*, تَصَارُعٌ *colluctatio*, إِسْتِخْرَاجٌ *eductio*, &c. quin propriè nihil aliud est Infinitivus quàm Nomen verbale adverbiascens, quod elegantiæ, & significationis intendendæ causâ Verbo apponitur.

Nomen Vicis.

AB Infinitivo autem non terminato ة formatur etiam Nomen ة terminatum significans actionem unam & solitariam, ac repudians proinde Adjectivum وَاحِدَةٌ *una*; vocaturque ab Arabibus Nomen Vicis. Et est à triliteris primæ Conjug. perpetuò formæ نَصْرَةٌ: ut ضَرْبَةٌ *una sola*

sola verberatio, قَعْدَةٌ *una sola sessio*, قَوْمَةٌ *una sola statio*; quorum Infinitivi sunt ضَرْبًا, قُعُودًا, قَوْمًا: à quadriliteris verò & Conjugationibus derivativis, ejusdem formæ cum Infinitivo apposito solùm ة, ut دَحْرَاجَةٌ *una sola volutatio*, إِحْزَانَةٌ *una sola contristatio*; إِسْتِخْرَاجَةٌ *una sola eductio*, ab Infinitivis دَحْرَاجًا, إِحْزَانًا, إِسْتِخْرَاجًا. & sic quoque à duobus hisce Infinitivis primæ Conjugationis triliteræ إِتْيَانًا & لِقَآءً fiunt إِتْيَانَةٌ *unus solus accessus*, & لِقَاءَةٌ *unus solus occursus*; non أَتْيَةٌ, لَقْيَةٌ. Ex.gr. ضَرَبْتُهُ ضَرْبَةً *verberavi eum verberatione unâ*, seu *verberando semel*, vel *semel eum verberavi*: قَعَدْتُ قَعْدَةً *sedi sessione unâ*, *semel sedi*: at ضَرَبْتُهُ ضَرْبًا est *verberavi eum verberando*, قَعَدْتُ قُعُودًا *sedi sedendo*, indeterminatè. Cùm autem Infinitivus terminatur ة, non formatur ab eo Nomen vicis; sed ut unitas actionis significetur, adjicitur ei Adjectivum وَاحِدَةٌ, ut رَحْمَةٌ وَاحِدَةٌ *una sola miserescentia*, إِقَامَةٌ وَاحِدَةٌ *una sola constitutio*.

Simili prorsus modo formatur Nomen Specificationis, ut ajunt Arabes, id est, quo specificatur seu determinatur actio generalis; (ut cùm dicimus, Hic excellit scriptione, seu in scriptura, vel cùm scribit, ubi excellere determinatur & specificatur vocabulo actionis, scriptione scilicet) fit enim additione literæ ة ad Infinitivum destitu-

tum

tum ة, nec in quadriliteris & Conjugationibus derivativis differt à nomine vicis; ut هُوَ حَسَنُ ٱسْتِخْرَاجَةٍ *ipse bonus est eductione*, seu *in eductione*: sed in triliteris primæ Conjugationis prima radicalis perpetuò habet kesra, & est formæ نِصْرَةٌ, ut هُوَ حَسَنُ ضِرْبَةٍ *ipse bonus est verberatione* seu *in verberatione*; هُوَ حَسَنُ قِعْدَةٍ *ipse bonus est sessione*, seu *in sessione*. Apud Poëtas tamen hanc formam interdum cum præcedente نَصْرَةٌ confundi videas, ut مِنْصَرٌ formam instrumenti cum مَنْصَرٌ formâ Loci & Temporis.

Derivativum Nominale est quod derivatur ab alio nomine: estque possessivum, Diminutivum, Augmentativum, & Locale.

Possessivum.

POSSESSIVUM est Nomen Adjectivum significans possessionem, & formatur à quovis Substantivo adjectione يٌّ; ut إِنْسَانٌ *homo*, إِنْسَانِيٌّ *humanus*; أَرْضٌ *terra*, أَرْضِيٌّ *terrenus*: sed ة terminata id abjiciunt, ut مَائِدَةٌ *mensa*, مَائِدِيٌّ *mensalis*: حُبْلَى *gravida mulier*, حُبْلِيٌّ *ad gravidam pertinens*; ي tamen interdum in و mutatur, ut dicatur حُبْلَوِيٌّ. A propriis regionum Nomini-

minibus formata sæpe fiunt substantiva, & Gentilia vocantur; ut أَلشَّامُ *Syria*, أَلشَّامِيٌّ *Syriacus* & *Syrus*; مِصْرُ *Ægyptus*, مِصْرِيٌّ *Ægyptiacus* & *Ægyptius*: إِفْرِيقِيَةُ *Africa*, إِفْرِيقِيٌّ *Africanus* & *Afer*; ubi & ي cum ة perit, quod in terminatis per يَةٌ, perpetuum est.

Diminutivum.

DIMINUTIVUM significat diminutionem sui primitivi; estque in triliteris formæ نُصَيْرٌ, in quadriliteris قُمَيْطِرٌ: ut عُبَيْدٌ *servulus*, ab عَبْدٌ *servus*; قُمَيْرٌ *lunula*, à قَمَرٌ *luna*; ضُرَيْبٌ *lentè & perfunctoriè verberans*, à ضَارِبٌ *verberans*; جُعَيْفِرٌ *rivulus*; à جَعْفَرٌ *rivus*, عُصَيْفِيرٌ *passerculus*, ab عُصْفُورٌ *passer*.

Augmentativum.

Augmentativum intendit significationem sui primitivi; estque participiale ut plurimùm, formæque variæ, scilicet مِنْصَارٌ, نَصِرٌ, نَصُورٌ, نَصَّارٌ, & نَصِيرٌ; quæ si immediatè à verbis derivari dicantur, verbalia erunt actorem significantia: ut ضَرَّابٌ, مِضْرَابٌ, ضَرِبٌ, ضَرُوبٌ & ضَرِيبٌ *bene & diligenter seu vehementer verberans*, vel *vehemens verberatór*. De نَصِيرٌ vide ad Particip. passivum primæ

Con-

Conjug. ubi videbis id interdum passivum esse; quod & τῷ نَصُورٌ interdum accidit, sed in Fœminino tantùm.

Locale.

LOCALE denotat locum sui primitivi: estque Collectivum vel Singulare. Collectivum significat locum in quo res copiosæ sunt & abundanter, estque formæ مَنْصَرَةٌ; ut مَأْسَدَةٌ *locus leonibus refertus*, ab أَسَدٌ *leo*; مَبْطَخَةٌ *locus melonibus refertus*, à بِطِّيخٌ *melo*. Nec formari potest à nominibus quatuor literas radicales habentibus, ut sunt ضِفْدَعٌ *rana*, ثَعْلَبٌ *vulpes*. Singulare significat locum seu instrumentum in quo quid reponitur, aut asservatur vel asservari solet; estque ejusdem formæ cum verbali significante instrumentum actionis, id est مِنْصَارٌ vel مِنْصَرٌ aut مِنْصَرَةٌ: ut مِقْلَمٌ *calamarium*, à قَلَمٌ *calamus*; مِبْوَلٌ & مِبْوَالٌ *urinarium*, à بَوْلٌ *urina*; مِشْمَعَةٌ *vasculum in quo ponitur cera*, à شَمْعٌ *cera*; مِيبَرٌ & مِيبَرَةٌ *theca in qua asservantur acus*, ab إِبْرَةٌ *acus*. Huc enim referenda sunt hæc & similia, non ad verbalia significantia instrumentum actionis, ut suprà monui: ubi quatuor attuli per duplex damma scripta, huc quoque transferenda.

CAPUT TERTIUM.

De Forma Nominum.

FORMA Nominum duplex eſt, Nuda & Aucta. Nuda eſt quæ ſolis radicalibus literis conſtat, ut عَبْدٌ *ſervus*, رَجُلٌ *vir*, كِتَابٌ *liber*, بُطُولٌ *inanitas, otium*; عَظِيمٌ *magnus*; خَرْبَقٌ *helleborus*, خَزْرَنْقٌ *aranea*, صَرَّافٌ *nummularius*: Aucta, quæ præter radicales habet unam aut plures ex literis ſervilibus يَتَسَمَّنَا, quæ formationi nominum inſerviunt.

ي quidem in fine; ut فَرْسِيٌّ *Perſa* & *Perſicus*, سَمَاوِيٌّ *cæleſtis*; ذِكْرِي *recordatio*: vel in medio; ut حُجَيْرٌ *lapillus*: aut in principio; ut يَنْبُوعٌ *fons*.

ت in principio; ut تَطْوِيلٌ *prolongatio*, تَكَبُّرٌ *ſuperbia*: vel in medio; ut in octava Conjugatione, ut اِعْتِرَافٌ *confeſſio*: aut in fine, ſed per ة ſcriptum; ut رَحْمَةٌ *miſericordia*.

س ſolùm hîc non ſervit, ſed cum aliis duabus, ſicut in decima Conjugatione; ut اِسْتِغْفَارٌ *petitio veniæ*, مُسْتَخْرِجٌ *eductor*.

م ini-

م initio; ut مَضْرَبٌ *fustis*, مِثْقَالٌ *pondus*, مَوْضِعٌ *locus*, مَمْلَكَةٌ *regnum*: rarò in fine; ut إِبْنَمٌ *filius*, دِرْدِمٌ *camela edentula*.

ن in principio; ficuti in feptima Conjugatione; ut إِنْقِطَاعٌ *abstinentia, finis*: & in fine; ut غُفْرَانٌ *remiſſio*.

ا in principio; ut أَسْوَدُ *niger*, إِغْفَالٌ *negligentia*, أَزْرَمُ *breves habens digitos*: & in fine; quo caſu Elif aliud, ſed quieſcens, ante ſe habet, ut كِبْرِيَاءُ *ſuperbia*, عَاشُورَآءُ *dies decimus menſis Ramadân*.

CAPUT QUARTUM.

De Genere Nominum.

GENUS duplex eſt, Maſculinum & Fœmininum. Fœminina ſunt ex ſignificatione,

1. Nomina mulierum, & quæ mulieribus tantùm conveniunt; ut هِنْدٌ *Hinda*, مَرْيَمُ *Maria*; أُمٌّ *mater*, عَرُوبٌ *mulier amans maritum ſuum*.

2. Nomina Regionum & Urbium; ut مِصْرُ *Ægyptus*, قُبْرُسُ *Cyprus*; مَكَّةُ *Mecca*, عَدَنُ *Aden*.

3. Nomina geminorum membrorum; ut يَدٌ *manus*, كَتِفٌ *humerus*, عَيْنٌ *oculus*.

 Exter-

Ex terminatione verò,

1. Terminata ة; ut قَصْعَةٌ *ſcutella*, خَلَالَةٌ *amicitia*, جَنَّةٌ *hortus*, ظُلْمَةٌ *tenebræ*, صَغِيرَةٌ *parva*, طَيِّبَةٌ *bona.*

2. Terminata ا ſervili; ut مَشْيُوخَآءُ *multitudo ſenum, ſenes*, كِبْرِيَآءُ *ſuperbia*, حَمْرَآءُ *rubra.*

3. Terminata ي ſervili quieſcente inſtar Elif; ut ذِكْرَي *recordatio*, أُوْلَي *prior, prima*, طُولَي *longiſſima.*

His addenda أَرْضٌ *terra*, خَمْرٌ *vinum*, بِيرٌ *puteus*, نَارٌ *ignis*, رِيحٌ *ventus*, نَفْسٌ *anima*, شَمْسٌ *ſol*; & alia quædam uſu diſcenda.

Reliqua Maſculina ſunt; ut مُحَمَّدٌ *Mahomed*, رَجُلٌ *vir*, أَبٌ *pater*, بَيْتٌ *domus*, نَهْرٌ *fluvius*, صَغِيرٌ *parvus*, طَيِّبٌ *bonus.* & ſic pauciſſima in ة terminata; ut خَلِيفَةٌ *ſummus Imperator*, عَلَّامَةٌ *vir valde doctus.*

Sed utrumque genus habent, & Dubia ſunt literarum nomina: ut أَلِفٌ بَآءٌ, *&c.* quæ ſæpiùs tamen fœminina ſunt: Communia verò, Adjectiva quædam ſunt in ſequentibus indicanda.

CAPVT

CAPUT QUINTUM.

De Motione Nominum.

MOTIO est Nominis Masculini in Fœmininum conversio: fitq; additione terminationis fœmininæ; ut عَمٌّ *patruus*, عَمَّةٌ *amita*; كَرِيمٌ *honorandus, liberalis*, كَرِيمَةٌ *honoranda, liberalis*.

Accidit autem Motio Substantivis quibusdam Masculinis res potissimùm sexum habentes significantibus; ut رَجُلٌ *vir*, رَجُلَةٌ *mulier*; فَتًي *puellus*, فَتَاةٌ *puella*; مَالِكٌ *Rex*, مَالِكَةٌ *Regina*; جَدٌّ *avus*, جَدَّةٌ *avia* &c. & Adjectivis, ut كَبِيرٌ *magnus*, كَبِيرَةٌ *magna*, فَرِحٌ *lætus*, فَرِحَةٌ *læta*; ضَارِبٌ *verberans* masc. ضَارِبَةٌ *verberans* fœm. Assumiturque ut plurimùm prima terminatio fœminina ة, absque ulteriori mutatione; ut apparet in exemplis allatis. Excipiuntur Adjectiva formæ أَفْعَلُ; quæ cùm sunt Positiva, secundam assumere solent terminationem, nempe Elif servile, & Fœmininum habere فَعْلَآءُ: ut أَصْفَرُ *flavus*, صَفْرَآءُ *flava*; أَهْدَبُ *longa habens cilia*, هَدْبَآءُ fœm. Cùm verò Comparativa sunt aut Superlativa, tertiam adsciscunt terminationem, ي scilicet servile quiescens post fatha, habentq; Fœmininum ut فُعْلَي: sic أَطْوَلُ *longior* vel *longissimus*,

ſimus, طُولَي *longior f.* vel *longiſſima*; أَكْبَرُ *major* vel *maximus*, كُبْرَي *major f.* vel *maxima*.

Hanc quoque terminationem tertiam aſſumunt Adjectiva non pauca formæ نَصِيرٌ; ut سَكِيرٌ *ebrius*, سَكْرَي *ebria*. quo pertinent أَوَّلُ *primus*, أُولَي *prima*. & ſic أَخَرُ *alius*, habet أُخْرَي.

Eandem terminationem adſciſcunt, ſed formâ نَصْرَي, Adjectiva quædam formæ نَصْرَانُ; ut غَضْبَانُ *iratus*, غَضْبَي *irata*. أَحَدٌ autem *unus* habet إِحْدَي cum keſra.

Quinque tamen Adjectivi formæ Communis ferè ſunt generis, & ſub eadem terminatione nunc maſculinè nunc fœmininè uſurpantur: ſuntque 1. نَصُورٌ activè ſumpta, ut صَبُورٌ *hic & hæc patiens*. 2. مِنْصَارٌ, ut مِعْطَارٌ *hic & hæc condiens aromatibus*. 3. مِنْصِيرٌ, ut مِسْكِينٌ *hic & hæc pauper*. 4. مِنْصَرٌ ut مِغْشَمٌ *termearius, temeraria*. 5. نَصِيرٌ paſſivè ſumpta, ut قَتِيلٌ *hic occiſus*, & *hæc occiſa*. Invenies tamen etiam has formas in fœminino interdum aſſumere ة, ut عَدُوٌّ *inimicus*, عَدُوَّةٌ *inimica*; مِسْكِينٌ *pauper* maſc. مِسْكِينَةٌ fœm. & ſic perpetuò ultima, cùm

cùm ſubſtantivè uſurpatur : ut قَتِيلَةٌ *ea quæ occiſa eſt.*

Neutrum genus Arabes non agnoſcunt : unde Adjectiva neutra ſubſtantivè uſurpata exprimunt per fœminina, ut وَاحِدَةٌ تُعْوِزُكَ *unum deeſt tibi.*

Cæterùm obſervatu quoque dignum eſt, à Nominibus Subſtantivis Maſculinis ſignificantibus res habentes partes homogeneas, formari ſæpe fœminina primæ terminationis ſignificantia partem aliquam illarum : ut تِبْنٌ *ſtramen*, تِبْنَةٌ *particula ſtraminis*; ذَهَبٌ *aurum*, ذَهَبَةٌ *particula auri, maſſa auri.*

CAPUT SEXTUM.

De Numero.

NUMERI Nominum tres ſunt : Singularis, ut سَارِقٌ *fur*, رَجُلٌ *vir*; Dualis, ut سَارِقَانِ *duo fures*, رَجُلَانِ *duo viri*; & Pluralis, ut سَارِقُونَ *complures fures*, رِجَالٌ *complures viri.*

Formatur autem Dualis à Singulari, adjecto انِ abſque ulla mutatione, ut patet in exemplis allatis. ة tamen fœmininum in ت mutatur, ut مَدِينَةٌ *civitas*, مَدِينَتَانِ

 duæ

duæ civitates, كَبِيرَةٌ *magna,* كَبِيرَتَانِ *duæ magnæ.* ى & ي autem finales in singulari post fatha quiescentes, juxta Canonem suum tertium, hîc fiunt mobiles: ut فَتًى *puer,* فَتَيَانِ *duo pueri;* ذِكْرَى *commemoratio,* ذِكْرَيَانِ *duæ commemorationes;* مُسَمًّى *nominatus,* مُسَمَّيَانِ *duo nominati;* عَصًا *fustes,* عَصَوَانِ *duo fustes.* Elif servili terminata mutant id in ى, ut صَفْرَآءُ *flava,* صَفْرَاوَانِ *duæ flavæ.* at radicale ا manet, ut جُزْءٌ *pars,* جُزْآنِ *duæ partes*: nisi ponatur pro و vel ي, juxta ultimum Canonem ى & ي; tunc enim liberè manet, vel mutatur in و, ut رِدَآءٌ *vestis,* رِدَاءَانِ & رِدَاوَانِ *duæ vestes.*

Pluralis fit à Singulari dupliciter, perfectè scilicet aut imperfectè: unde Plurale aliud est perfectum, quod Sanum vocant Arabes, aliud imperfectum, quod Fractum appellant. Sanum formant potissimùm nomina propria rationalium, & Adjectiva formantia fœmininum adjecto ة, cùm de rationalibus prædicantur: Masculina quidem adjecto ونَ, ut مُحَمَّدٌ *Mahomed,* مُحَمَّدُونَ *Mahomedes;* نَاصِرٌ *adjuvans,* نَاصِرُونَ *adjuvantes;* فَرِحٌ *lætus,* فَرِحُونَ *læti* نَبِيٌّ *Propheta,* نَبِيُّونَ *Prophetæ:* Fœminina verò adjecto اتٌ, ut مَرْيَمُ *Maria,* مَرْيَمَاتٌ *Mariæ;* نَاصِرَةٌ *adjuvans* fœm.

fœm. نَاصِرَاتٌ *adjuvantes*; فَرِحَةٌ *læta*, فَرِحَاتٌ *lætæ*; نَبِيَّةٌ *Prophetiſſa*, نَبِيَّاتٌ *Prophetiſſæ*. Nullâ quoque adhibitâ ſingularis mutatione, niſi quòd ة fœmininum excidit; ut manifeſtum eſt in exemplis allatis. Sed Maſculina terminata ي quieſcente poſt keſra id unà cum keſra abjiciunt: ut أَلْقَاضِي *judex*, أَلْقَاضُونَ *judices*, non أَلْقَاضِيُونَ; juxta Can. primum و & ي. at finita ي quieſcente poſt fatha, ſolum ي amittunt, manente in ejus indicium fatha, cum quo و plurale diphthongeſcit: ut مُوسَي *Moſes*, in plur. habet مُوسَوْنَ, non مُوسَيُونَ; & مُصْطَفَي *Muſtapha*, مُصْطَفَوْنَ non مُصْطَفَيُونَ, juxta eundem Canonem. Subſtantiva autem fœminina perfecta (id eſt, non derivata à verbis imperfectis) nuda, vel ſola ة aucta; quorum media radicalis habet giezma, illud in plurali mutant in vocalem talem, qualem poſſidet prima radicalis: ut دَعْدُ *Daado*, nomen mulieris, دَعَدَاتٌ; جُمْرُ *Gjumra*, nomen mulieris quoque, جُمُرَاتٌ; هِنْدُ *Hinda*, nomen mulieris, هِنِدَاتٌ; قَصْعَةٌ *ſcutella*, قَصَعَاتٌ; سِدْرَةٌ *lotus arbor*, سِدِرَاتٌ; جُلْبَةٌ *ventus*, جُلُبَاتٌ. ea tamen quorum prima habet damma vel keſra, giezma etiam retinere poſſunt, vel in fatha mutare: ut,

جُمْرُ *Gjumra*, جُمُرَاتٌ, جُمْرَاتٌ, جُمَرَاتٌ.

هِنْدٌ *Hinda*, هِنَدَاتٌ , هِنْدَاتٌ , هِنِدَاتٌ.

جُلْبَةٌ *ventus*, جُلُبَاتٌ , جُلْبَاتٌ , جُلَبَاتٌ.

سِدْرَةٌ *lot. arb.* سِدِرَاتٌ , سِدْرَاتٌ , سِدَرَاتٌ.

Plurale fractum eſt quod formatur imperfectè, ſeu non adjectis وُنَ & : اتٌ & fit à pleriſque ſingularibus tam rationalibus, quàm irrationalibus. Formæ autem ejus præcipuæ: à Nudis triliteris & fœmininis eorum potiſſimùm ortæ, ſunt XXII: videlicet,

نُصُرٌ	1	نُصَّرٌ	7	أَنْصَارٌ	13	نُصَرَاءُ	19
نُصَرٌ	2	نَصَرَةٌ	8	أَنْصِرَةٌ	14	أَنْصِرَاءُ	20
نُصْرٌ	3	نُصَرَةٌ	9	نَوَاصِرُ	15	نَصْرَى	21
نِصَرٌ	4	نِصَرَةٌ	10	نَصَايِرُ	16	نَصَارِي	22
نِصَارٌ	5	نِصْرَةٌ	11	نِصْرَانٌ	17		
نُصُورٌ	6	أَنْصُرٌ	12	نُصْرَانٌ	18		

Quarum rationem analyticè, evidentioris doctrinæ ergo, viſum eſt proponere, in hunc modum.

Prima نُصَرٌ

fit à ſingularibus نُصْرَةٌ & نُصْرَى: ut غُرْفَةٌ *cœnaculum*, غُرَفٌ *cœnacula*; كُبْرَى *maxima*, كُبَرٌ *maximæ*. rarò à نَصْرَةٌ

نَصْرَةٌ & نُصْرَةٌ: ut قَرْيَةٌ *pagus*, قُرًى *pagi*; لِحْيَةٌ *barba, maxilla*, لُحًى *barbæ, maxillæ*.

Secunda نُصُرٌ

fit à ſubſtantivis quatuor literarum, quarum ultima non eſt ى vel ي, penultima autem اوي quieſcens: ut جِدَارٌ *paries*, جُدُرٌ *parietes*; عَمُودٌ *columna*, عُمُدٌ *columnæ*; قَضِيبٌ *virga*, قُضُبٌ; حَجَاجٌ *os ſupercilii*, حُجُجٌ: ذَلُولٌ *obſequens jumentum*, ذُلُلٌ; سَرِيرٌ *lectica, ſolium* سُرُرٌ. ſed duplicantia ſecundam interpoſito ا quieſcente, ut حَجَاجٌ, ſæpiùs decimam quartam formam obtinent.

Tertia نُصْرٌ

fit ab Adjectivis maſculinis formæ أَنْصَرُ, & fœmininis eorum نَصْرَاءُ: ut أَحْمَرُ *ruber*, & حَمْرَاءُ *rubra*, حُمْرٌ *rubri*, & *rubræ*.

Quarta نِصَرٌ

fit à Singulari نِصْرَةٌ: ut قِرْبَةٌ *uter, utris*, قِرَبٌ; حِجَّةٌ *annus*, حِجَجٌ; سِكَّةٌ *moneta*, سِكَكٌ.

Quinta نِصَارٌ

fit 1. à نِصْرٌ نَصْرٌ & نُصْرٌ: ut قِدْحٌ *telum abſque cuſpide*, قِدَاحٌ;

قِدَاحٌ ; رُمْحٌ *hasta* , رِمَاحٌ ; رَجُلٌ *vir* رِجَالٌ.

2. à نَصْرٌ & نُصْرَةٌ : ut كَعْبٌ *calcaneus* , كِعَابٌ ; قَصْعَةٌ *scutella* , قِصَاعٌ ; صَعْبٌ *difficilis* , صِعَابٌ : ثَوْبٌ *vestis*, ثِيَابٌ mutato , و post kesra in ي : فَيْفٌ *desertum*, فِيَافٌ .

3. à Substantivis نَصَرٌ & نَصَرَةٌ non habentibus tertiam radicalem secundæ similem , aut و vel ي : ut جَبَلٌ *mons*, جِبَالٌ *montes* ; رَقَبَةٌ *collum*, رِقَابٌ .

4. ab Adjectivis نَصِيرٌ & نَصِيرَةٌ : ut شَرِيفٌ & شَرِيفَةٌ *nobilis* , شِرَافٌ . non tamen à Participiis formæ نَصِيرٌ passivè sumptis, ut قَتِيلٌ *occisus*.

5. ab Adjectivis نَصْرَانٌ & نَصْرَانَةٌ : ut نَدْمَانٌ & نَدْمَانَةٌ *pœnitens* , نِدَامٌ .

6. ab Adjectivis نُصْرَانٌ & نُصْرَانَةٌ : ut خُمْصَانٌ & خُمْصَانَةٌ *esuriens* , خِمَاصٌ .

Sexta نُصُورٌ

fit à Substantivis نَصْرٌ , نِصْرٌ , نُصْرٌ , نَصَرٌ & نَصِرٌ : ut

بَزْرٌ *semen*, بُزُورٌ ; جُنْدٌ *exercitus*, جُنُودٌ ; ضِرْسٌ *dens*, ضُرُوسٌ ; أَسَدٌ *leo*, أُسُودٌ ; كَبِدٌ *jecur*, كُبُودٌ. Et interdum quoque à نَاصِرٌ : ut شَاهِدٌ *teſtis*, شُهُودٌ.

Septima نُصَّرٌ

fit ab Adjectivo نَاصِرٌ & نَاصِرَةٌ, cujus ultima radicalis non eſt و vel ي : ut ضَارِبٌ & ضَارِبَةٌ *verberans*, ضُرَّبٌ *verberantes*, maſcul. & fœm. Sed differentiæ causâ Maſculinum interdum aſſumit ا ante ultimam radicalem, hoc modo ; ضُرَّابٌ *verberantes*, maſc.

Octava نُصَرَةٌ

fit ab Adjectivo rationali (ſeu quod de re rationali prædicatur,) formæ نَاصِرٌ non habentis ultimam و vel ي ; ut كَامِلٌ *perfectus*, كَمَلَةٌ ; وَارِثٌ *hæreditans*, وَرَثَةٌ ; قَائِمٌ *ſtans*, قَوَمَةٌ ; بَارٌّ *juſtus*, بَرَرَةٌ.

Nona نُصَرَةٌ

fit ab Adjectivo rationali formæ نَاصِرٌ quieſcentis ultima: ut رَامٍ *projiciens*, رُمَاةٌ ; غَازٍ *oppugnans*, غُزَاةٌ : in quibus ultima

ultima radicalis in ا quiescens convertitur juxta secundum Can. و & ي.

Decima نِصْرَةٌ

fit à Substantivo نَصْرٌ: ut كُوزٌ *urceus*, كِوَزَةٌ; دُبٌّ *ursus*, دِبَبَةٌ. & à paucis formæ نُصْرٌ & نِصْرٌ: ut زَوْجٌ *maritus*, زِوَجَةٌ; قِرْدٌ *simia*, قِرَدَةٌ.

Undecima نِصْرَةٌ

fit à Nominibus نَصْرٌ, نُصْرٌ, نِصْرٌ, نُصَارٌ, نَصَارٌ, & نَصِيرٌ: ut فَتًى *puer*, فِتْيَةٌ; شَيْخٌ *senex*, شِيْخَةٌ; أَخٌ *frater*, إِخْوَةٌ, ubi و in sing. abjectum redit, est enim أَخٌ pro أَخَوٌ; غُصْنٌ *ramus*, غِصْنَةٌ: غَزَالٌ *dorcas*, غِزْلَةٌ: غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ, صَبِيٌّ *infans*, صِبْيَةٌ.

Duodecima أَنْصُرٌ

fit à Substantivo نَصْرٌ non habente mediam و vel ي: ut وَجْهٌ *facies*, أَوْجُهٌ: item دَلْوٌ *situla*, أَدْلٍ; ثَدْيٌ *mamma mulieris*, أَثْدٍ; ubi و & ي excidunt, Nun vocali eorum retrocedente: sic يَدٌ pro يَدْيٌ *manus*, أَيْدٍ.

& à Substantivis fœmininis quæ non terminantur ة fœminino, & quatuor constant literis quarum penultima est

eſt اوي quieſcens : ut ذِرَاعٌ *brachium*, أَذْرُعٌ ; يَمِينٌ *juramentum*, أَيْمُنٌ.

Decima tertia أَنْصَارٌ

fit à Subſtantivis trium literarum, cujusvis formæ (præter نَصْرٌ, non habentis mediam و vel ي aut ultimam penultimæ ſimilem) : ut مَطَرٌ *pluvia*, أَمْطَارٌ ; مَرَضٌ *morbus*, أَمْرَاضٌ ; كَتِفٌ *humerus*, أَكْتَافٌ ; إِبِلٌ *camelus*, آبَالٌ ; ubi ا radicale excidit, juxta Can. quintum Elif: عَيْنٌ *oculus*, أَعْيَانٌ ; يَوْمٌ *dies*, أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ, juxta Can. tertium و & ي ; طَرَبٌ *gaudium*, أَطْرَابٌ. ab hâc tamen formâ نُصُرٌ ſæpiùs venit plurale decimum ſeptimum نُصْرَانٌ ; رَحًا *mola*, أَرْحَاءٌ ; خِثْيٌ *fimus bovis*, أَخْثَاءٌ : in quibus ultima radicalis mutatur in hamza, ſecundùm Can. quartum و & ي : إِسْمٌ *nomen*, أَسْمَاءٌ ; إِبْنٌ *filius*, أَبْنَاءٌ : ubi redit ultima radicalis quæ in ſingulari exciderat, mutaturque in hamza, juxta eundem Canonem.

Decima quarta أَنْصِرَةٌ

fit à multis Subſtantivis Maſculinis quatuor conſtantibus literis, quarum penultima eſt اوي quieſcens : ut قِلَادٌ *torques*, أَقْلِدَةٌ ; إِلَهٌ, *Deus* (quod compendii causâ ſic

ſcribitur pro إِلَاهَةٌ) آلِهَةٌ; ubi ا radicale excidit, juxta Canonem quintum Elif: عَمُودٌ *columna*, أَعْمِدَةٌ; رَغِيفٌ *libum*, أَرْغِفَةٌ. & ſic ferè perpetuò ſurda, & quieſcentia ل, formarum نَصَارٌ & نِصَارٌ: ut بَتَاتٌ *ſupellex*, أَبِتَّةٌ; إِمَامٌ *antiſtes*, أَيِمَّةٌ, Elif rad. in يْ mutato juxta primum Can. Elif; قَبَاءٌ *tunica*, أَقْبِيَةٌ; فِنَاءٌ *aula*, أَفْنِيَةٌ.

Decima quinta نَوَاصِرُ

fit à ſingulari نَاصُرٌ: ut طَابَقٌ *ſartago*, طَوَابِقُ. & ab Adjectivo نَاصِرٌ ac Fœminino ejus نَاصِرَةٌ: ut ضَارِبٌ *verberans* maſc. ضَارِبَةٌ *verberans* fœm. ضَوَارِبُ *verberantes* maſc. & fœm. à Maſculino tamen rationali نَاصِرٌ rariùs hæc forma venit.

Decima ſexta نَصَايِرُ.

fit à Fœmininis harum decem formarum:

نَصِيرٌ	نُصُورٌ	نِصَارٌ	نُصَارٌ	نَصَارٌ
نَصِيرَةٌ	نَصُورَةٌ	نِصَارَةٌ	نُصَارَةٌ	نَصَارَةٌ

ut شمال

ut شَمَالٌ *ſeptentrio*, شَمَائِلُ ; سَحَابَةٌ *nubes*, سَحَائِبُ,
عُقَابٌ *aquila*, عَقَائِبُ ; ذُؤَابَةٌ *antiæ*, ذَوَائِبُ;
شِمَالٌ *ſiniſtra*, شَمَائِلُ ; رِسَالَةٌ *epiſtola*, رَسَائِلُ;
عَجُوزٌ *vetula*, عَجَائِزُ ; حَمُولَةٌ *jumentum onerariũ*, حَمَائِلُ;
أَصِيلٌ *Tempus ante veſperam*, أَصَائِلُ ; صَحِيفَةٌ *lamina*, صَحَائِفُ;
سَعِيدٌ *felix* fœm. سَعَائِدُ ; كَرِيمَةٌ *nobilis* fœm. كَرَائِمُ.

Decima ſeptima فُعْلَانٌ

fit à ſingulari فُعَالٌ & فُعْلٌ : ut غُلَامٌ *puer*, غِلْمَانٌ ; صُرَدٌ *æſalo*, صِرْدَانٌ. & ſæpe etiam à concavis و formarum فُعْلٌ & فَعْلٌ : ut حُوتٌ *piſcis*, حِيتَانٌ ; عُودٌ *lignum*, عِيدَانٌ; قَاعٌ *ager*, قِيعَانٌ. تَاجٌ *corona*, تِيجَانٌ. & à paucis aliis: ut ظَلِيمٌ *ſtruthiocamelus mas*, ظِلْمَانٌ ; صَبِيٌّ *infans*, صِبْيَانٌ.

Decima octava فُعْلَانٌ

fit à Subſtantivis فَعْلٌ, فَعَلٌ, & فَعِيلٌ, quorum media radicalis non eſt و vel ي : ut سَقْفٌ *tectum*, سُقْفَانٌ ; بَلَدٌ *regio, provincia*, بُلْدَانٌ ; رَغِيفٌ *libum*, رُغْفَانٌ.

Decima nona نُصَرَاءُ

fit ab Adjectivo rationali نَصِيرٌ, cujus tertia radicalis non est secundæ similis, aut و vel ي: ut شَرِيفٌ *nobilis*, شُرَفَاءُ; كَرِيمٌ *honorabilis*, كُرَمَاءُ; بَخِيلٌ *avarus*, بُخَلَاءُ.

Vigesima أَنْصِرَاءُ

fit ab Adjectivo rationali formæ نَصِيرٌ, cujus tertia radicalis est secundæ similis, aut و vel ي: ut

حَبِيبٌ *dilectus*, أَحِبَّاءُ } contractè pro { أَحْبِبَاءُ
شَدِيدٌ *vehemens*, أَشِدَّاءُ } contractè pro { أَشْدِدَاءُ

غَنِيٌّ *dives*, أَغْنِيَاءُ; وَلِيٌّ *amicus*, أَوْلِيَاءُ. & in paucissimis perfectis: ut صَدِيقٌ *verax*, أَصْدِقَاءُ. sicut contrà imperfecta quædam habent نُصَرَاءُ: ut تَقِيٌّ *pius*, تُقَوَاءُ.

Vigesima prima نَصْرَى

fit ab Adjectivis formæ نَصِيرٌ, & interdum quoque نَاصِرٌ vel نَصِرٌ significantibus dolorem aut destructionem: ut

جريح

جَرِيحٌ *vulneratus*, جَرْحَي ; قَتِيلٌ *occisus*, قَتْلَي : هَالِكٌ *periens*, هَلْكَي.

Vigesima secunda نَصَارِي

fit à singulari نَصْرَاءُ : ut صَحْرَاءُ *ager*, صَحَارِي ; عَذْرَاءُ *virgo*, عَذَارِي.

Siquæ autem harum formarum ab aliis etiam singularibus triliteris & Nudis aut Fœmininis eorum veniunt, id speciale est & notandum. sicuti & observanda sunt illiusmodi singularia, quorum Pluralia diversas habent formas à nominatis : qualia non usque adeò multa occurrent.

Ea autem singularia quarum formæ in diversis hîc comparent classibus, diversa quoque ut plurimùm habent Pluralia : sic à نَفْسٌ *anima*, fit نُفُوسٌ & أَنْفُسٌ *animæ*; غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ & غِلْمَانٌ *pueri*; عَيْنٌ *oculus*, أَعْيَانٌ & عُيُونٌ *oculi*; رَغِيفٌ *libum*, رُغْفَانٌ & أَرْغِفَةٌ *liba*; سُورٌ *murus*, أَسْوَارٌ & سِيرَانٌ *muri*; جَفْنٌ *palpebra*, جُفُونٌ & أَجْفَانٌ *palpebræ*; عَبْدٌ *servus*, عِبَادٌ, عُبُودٌ, عُبْدَانٌ & quoque عَبِيدٌ *servi*; بَحْرٌ *mare*, بِحَارٌ, بُحُورٌ & أَبْحُرٌ *maria*; شَاهِدٌ *testis*, شُهُودٌ, شَوَاهِدُ, شَاهِدُونَ *testes*. Non tamen perpetuò omnia

R 3

omnia illa quæ à talibus formis derivari possunt: sic à دَعْسٌ non dicitur دِعَاسٌ, دَعَسَةٌ, دِعْسَةٌ, دُعْسَانٌ; nec ab عَبْدٌ dicitur أَعْبُدٌ, عَبَدَةٌ, عِبْدَةٌ, &c. interdum verò unum tantùm; ut à رَجُلٌ *vir*, solùm fit رِجَالٌ; ab أَمْرٌ *negotium*, solum أُمُورٌ: quod usus docebit.

Observandum autem est formas undecimam, duodecimam, decimam tertiam & decimam quartam, Pluralia paucitatis vocari & usurpari cum numeralibus tantùm, si videlicet aliud ejusdem singularis plurale extet; si minùs, etiam has generaliter usurpari, ut solent reliquæ.

Atque hæc quidem de nudis triliteris dicta sunto: quadrilitera autem nuda omnia, & aucta pleraquè, cum Fœmininis suis formant plurale fractum assumpto ا quiescente post secundam literam, quæ, ut & prima, fatha possidet, sicut tertia kesra; ut sit formæ قَمَاطِرُ: ut ضِفْدَعٌ *rana*, ضَفَادِعُ; مَدْخَلٌ *vestibulum*, مَدَاخِلُ, ة autem finale excidit: ut مَزْبَلَةٌ *fimetum*, مَزَابِلُ. & ultimam radicalem si præcedat aliqua literarum اوي quiescens, ea manet; ut قِنْدِيلٌ *lampas*, قَنَادِيلُ: sed ob præcedens kesra in ي mutata, si sit ا vel و; ut سُلْطَانٌ *princeps*, سَلَاطِينُ; عُرْقُوبٌ *calcaneus*, عَرَاقِيبُ: interdum tamen ea excidit, ة in fine

ſine accedente ad ejus compenſationem ; ut إِبْلِيسُ *diabolus*, أَبَالِيسُ & أَبَالِسَةٌ ; إِسْكَافٌ *calcearius*, أَسَاكِيفُ & أَسَاكِفَةٌ : ſicuti & aliàs interdum accedit ة ; ut أُسْقُفٌ *Epiſcopus*, أَسَاقِفُ & أَسَاقِفَةٌ ; تِلْمِيذٌ *diſcipulus*, تَلَامِيذُ & تَلَامِذَةٌ. Hanc etiam pluralis formam adſciſcunt adjectiva formæ أَنْصَرُ, de quibus ſuprà in نَصْرٌ dictum eſt ; ut أَسْوَدُ *niger*, أَسَاوِدُ. & Comparativa, ut أَصْغَرُ *minor, minimus*, أَصَاغِرُ ; أَكْبَرُ *major, maximus*, أَكَابِرُ. & Pluralia quædam aucta triliterorum (formatur enim interdum ab uno Plurali aliud ad copiam ſermonis ;) ut ظُفْرٌ *unguis*, in Plur. habet أَظْفَارٌ, unde formatur ſecundum plurale أَظَافِيرُ : ſic ab عِرْقٌ *vena*, fit عُرُوقٌ, & ab hoc عَرَابِقُ ; à سِوَارٌ *armilla*, أَسْوِرَةٌ & ab hoc أَسَاوِرُ.

Ad hanc quoque pluralis formam reduci commodè poſſunt formæ نَوَاصِرُ & نَصَائِرُ ſuprà poſitæ, ut inſpicienti ſatis ſit manifeſtum.

Cæterùm quædam ultimam literam habentia quieſcen-

escentem, kesra penultimum in fatha mutant: ut عَذَارَي pro عَذَارِي, ab عَذْرَي *virgo.*

Quæ autem quinque vel pluribus constant literis (non annumeratis ة & أوي quiescentibus) eandem quidem formam assumunt, sed abjectâ tamen literâ unâ aut pluribus: Nuda enim pentagrammata abjiciunt ultimam radicalem; ut سَفَرْجَلٌ *cydonium malum*, سَفَارِجُ; عَنْكَبُوتٌ *aranea*, عَنَاكِبُ: & interdum quoque penultimam, manente ultimâ; ut خَزَرْنَقٌ *aranea*, خَزَارِنُ & خَزَارِقُ; فَرَزْدَقٌ Collect. *frustum libi deciduũ, mica*, فَرَازِدُ & فَرَازِقُ. Si tamen penultima est و vel ي diphthongescens post fatha, utraque manet, ultima scilicet & penultima, sed و in ي mutatur ob kesra præcedens; ut فِرْعَوْنٌ *crocodilus*, فَرَاعِينُ. Aucta verò abjiciunt serviles; ut مُتَدَحْرَجٌ *locus volutationis*, دَحَارِجُ: manet tamen م, si serviat cum ن; ut مُنْطَلِقٌ *solutus*, مَطَالِقُ: vel cum ست; ut مُسْتَخْرِجٌ *eductor*, مَخَارِجُ.

Observatio de Pluralibus Anomalis.

NOTANDUM est Singularia quædam, Pluralia sua aliunde

aliunde mutuari: ut أُمّ *mater* habet أُمَّهَاتٌ, tanquam ab أُمَّهَةٌ; فَمٌ *os*, أَفْوَاهٌ: à فُوهٌ; عُثَانٌ *fumus*, عَوَاثِنُ, ut ab عَاثِنٌ; مَاءٌ *aqua*, أَمْوَاهٌ, & مِيَاهٌ, ut à مَاهٌ; اِمْرَأَةٌ *mulier*, habet نِسَاءٌ, نِسْوَةٌ & نِسْوَانٌ: إِنْسَانٌ *homo*, أَنَاسٌ, ab إِنْسِيٌّ, ponitur enim pro أَنَاسِيٌّ; ſed ob frequentem uſum يّ excidit: quidam tamen putant poni pro Plurali regulariter formato ab إِنْسَانٌ, nempe أَنَاسِينُ, abjecto ين: & ſic pauca alia, de quibus aliàs. Atque hæc de Pluralibus nunc ſufficiant.

CAPUT SEPTIMUM.

De Caſu.

IN Numero tres ſunt Caſus, Nominativus, Genitivus (ſub quo Dativus etiam noſter & Ablativus continetur) & Accuſativus. Horum ratione nomina alia ſunt Triptota; alia Diptota. Triptota ſunt, in quibus caſus iſti tres tribus diſtinctis terminationibus diſcernuntur. Diptota; in quibus Caſus obliqui unâ terminatione continentur, atque adeò quæ duas tantùm terminationes agnoſcunt.

Triptota autem ſunt,

Omnia ferè ſingularia, & pluralia fracta, terminantque Nominativum per ٌ *on*, Genitivum per ٍ *in*, Accuſati-

 vum

vum per ٌ *an*: ut Nominat. رَجُلٌ *vir*, Genit. رَجُلٍ *viri* vel *viro*, Accuſ. رَجُلًا *virum*; رِجَالٌ *viri*, رِجَالٍ *virorum*, & *viris*, رِجَالًا *viros*.

Diptota ſunt,

1. Dualia omnia, habentq; Nominativum in انِ, Genitivum & Accuſat. in يْنِ: ut رَجُلَانِ *duo viri*, رَجُلَيْنِ *duorum virorum, duobus viris, duos viros*: مَدِينَتَانِ *duæ urbes*, مَدِينَتَيْنِ *duarum urbium, duabus urbibus, duas urbes.*

2. Pluralia ſana Maſculina, habentque Nominativum in ونَ, Genitivum & Accuſat. in ينَ: ut مُؤْمِنُونَ *credentes*, مُؤْمِنِينَ *credentium, credentibus, credentes.*

3. Pluralia ſana Fœminina, habentque Nominativum in اتٌ, Genitivum & Accuſativum in اتٍ: ut أُمَّهَاتٌ *matres*, أُمَّهَاتٍ *matrum, matribus, matres.*

4. Nomina Invariabilia quæ vocant Arabes, ſeu quorum ultima vocalis non admittit Nunnationem: habetque Nominativum in ُ, Genitivum & Accuſativum in َ, ut عُثْمَانُ *Othmanus*, عُثْمَانَ *Othmani, Othmano, Othmanum*: مَسَاجِدُ *templa*, مَسَاجِدَ *templorum, templis, templa*; أَسْوَدُ *niger*, أَسْوَدَ *nigri, nigro, nigrum.*

Sunt

Sunt autem Nomina invariabilia,

1. Adjectiva Positiva & Comparativa formæ أَفْعَل: ut أَحْمَر *ruber*, أَكْبَر *major, maximus*. nisi quod rariùs accidit, fœmininum per ة forment; sicuti أَرْمَل *viduus*, أَرْمَلَة *vidua*.

2. Adjectiva terminata ان servili, quæ non formant fœmin. addito ة ut غَضْبَان *iratus*, cujus fœmin. est غَضْبَى; sic enim etiam hujus formæ quædam Adjectiva moventur.

3. Terminata Elif servili; ut صَفْرَاء *flava*: vel ي servili quiescente instar Elif; ut ذِكْرَى *recordatio*, pro ذِكْرَي juxta Can. tertium ي; sic etiam غَضْبَي *irata*, قَتْلَي *accisi*.

4. Pluralia fracta formæ نَوَاصِر & قَمَاطِر vel قَمَاطِير: ut ضَوَارِب *verberantes*, ضَفَادِع *ranæ*, قَنَادِيل *lucernæ*, مَدَاخِل *vestibula*, خَزَارِن vel خَزَارِق *araneæ*. Sed ex quarum ultima radicalis est litera quiescens, triptota sunt, ut reliqua Pluralia fracta: quædam tamen kesra penultimam in fatha mutant, & ea hujus quoque loci sunt: ut عَذَارَي *virgines*, pro عَذَارِي in Nominativo, عَذَارِي in Genit. & Accus. sic نَصَارَي *Christiani*, pro نَصَارِي

 &

& نَصَارَيُ . Cæterùm vox سَرَاوِيلُ *femoralia*, aliis eſt Plur. à سِرْوَالٌ, & regulariter diptoton ; aliis Singulare per ſe, & diptoton ob ſimilitudinem quam habet cum plurali formæ نَصَارِيرُ .

5. Regionum, Inſularum, Urbium, Pagorum, Artium, Montium, Fluviorum, & Locorum quælibet nomina : ut مِصْرُ *Ægyptus*, قُبْرُسُ *Cyprus*, مُكَّةُ *Mecca*, جِيزَةُ *Gjiza*, عُكَارُ *Acâra*, دُرَنُ *Atlas mons*, دِجْلَةُ *Tygris*, غُوطَةُ *Gouta*.

6. Pleraque hominum propria; & inter cætera Maſculina omnia terminata انُ : ut عِمْرَانُ *Imran*, عُثْمَانُ *Othman*, & Barbara pluribus quàm tribus literis conſtantia;ut إِبْرَهِيمُ *Abraham*, إِسْحَاقُ *Iſaac*, يَعْقُوبُ *Iacob*, آدَمُ *Adam*, جَهَنَّمُ *Gehenna*, فِرْدَوْسُ *Paradiſus*, &c. nec non fœminina terminata ة fœminino, ut عَائِشَةُ *Aïsja*; & conſtantia literis quatuor, زَيْنَبُ *Zainab*; vel tribus quarũ media movetur, ut سَقَرُ *Sakar*, aut damma ante ſe habet, ut جُورُ *Gjoero*. quæ autem tribus conſtant literis nec terminantur ة, niſi Barbara ſint, (nam hæc ſunt diptota) modò triptota ſunt, modò diptota, ut Nom. سَقَرٌ Genit. سَقَرٍ, Acc. سَقَرًا,

& Nom.

& Nom. سَقَرُ Gen. & Accuſ. سَقَرَ . ſic Nom. نُعْمٌ, Genit. نُعْمٍ Acc. نُعْمًا ; & Nom. نُعْمُ Genit. & Accuſ. نُعْمَ . quod & reliquis nominibus invariabilibus (in poëſi potiſſimùm) interdum contingit; ſicut contrà, variabilia ſeu triptota quædam, invariabilia ſeu diptota ſubinde fiunt: ſed utrumque rarum eſt.

Bene autem hîc meminiſſe oportet Canonis tertii و, nec non tertii & quarti ي: nam juxta Canonem tertium و dicitur, عَصًا pro عَصَوٌ , عَصَوٍ , عَصَوًا , *baculum, baculi* vel *baculo, baculum:* & juxta tertium Can. رَحًى دي pro رَحَيٌ , رَحَيٍ , رَحَيًا , *mola, molæ, molam*; juxta quartum verò ejuſdem Canonem رَامٍ , pro رَامِيٌ & رَامِيٍ *projiciens, projicientis*; جَوَارٍ , pro جَوَارِيٌ & جَوَارِيٍ *puellæ, puellarum.*

Conſideranda autem in hiſce caſibus ſunt Apocope & Permutatio.

Apocope eſt ꝫ Nun Caſualis: Vocalis quidem, in nominibus triptotis, & diptotis pluralibus fœmininis perfectis: Conſoni verò in diptotis dualibus, & pluralibus maſculinis perfectis. amittunt enim hæc omnia Nun ob Conſtructionem, tum Regiminis, ſeu cùm ſequitur Genitivus: ut كِتَابٌ *liber*, كِتَابُ مُوسَي *liber Moſis*, كِتَابِ مُوسَي *libri* vel *libro Moſis*, كِتَابَ مُوسَي *librum Moſis:*

 كتابان

In nuclei palmei rima hæret fibrilla villi ad inſtar contorti; quæ hinc & فتيل *vocatur. In parte verò ſuperna exiguus umbilicus apparet, è quo primum germinis rudimentum exit: uti quoque Theophraſtus docet lib.* II. *cap.* VIII. *Hiſt. plant. Eidem umbilico ſive ſcrobiculo, aut centro, exilis membranula incumbit: quæ ab ea foveola* نقير *dicitur. Vtrique comparari res ſolent minimi pretii vel momenti. In eandem fere illam ſententiam dicunt:*

ما له راغية & , ما عنده ثاغية & , لا بقيت له بازلة

XX.

اِسْتَبْضَعَ تَمْرًا إِلَي هَجَرٍ Mercaturæ causâ misit caryotas Házjarum.

N o t æ.

Est autem Hazjarum Arabiæ urbs & regio , fructûs illius proventu maximè abundans. Si quis itaque illuc caryotas mittat, quasi idem fecerit, ac si mari affundat aquam ; ut vulgò dicitur. In eandem fere sententiam & hoc usurpant, أَتَبِيعُ لِبُسْتَانِيٍّ مِنَ ٱلطَّرْخُونِ Num hortulano dracunculum vendas? *Vtpote olus vulgare & frequens in hortis Orientis: unde & in Europam translatum fuit.*

XXI.

رُبَّمَا يَكُونُ فِي ٱلظَّبْيِ دَاءٌ Nonnunquam & in dorcade morbus est.

N o t æ.

Addunt quidam: لا يعرف مكانه nescitur ubi. *Vetus Arabum opinio fuit, hoc feræ pecudis genus nullis esse morbis obnoxium; sed solo mori senio, & quamque longævam esse, quoad sua ferat natura. Vnde* داء الظبي *numerant inter ea, quæ non existunt, aut quam rarissima sunt.*

XXII.

لَا يُجْمَعُ بَيْنَ ٱلْأَرْوِي وَٱلنَّعَامِ Non convenit inter ibices & struthiocamelos.

N o t æ.

اروي *Plur. irreg. à Sing.* أُرْوِيَّةٌ , capræ montanæ & silvestres: *sed* mas وعل Wäilon *vocatur. Hoc fere idem est cum planissimo illo:* لا يالف

لَا يَأْلَفُ ٱلْخَيْرُ وَٱلشَّرُّ Sociari nequeunt bonum & malum. *Ab eo caprarum genere etiam hoc adagium habent:* كَبَارِحِ ٱلْأَرْوَى Ac si prodeat capra montana. *De re rarissima fertur: quia animal hoc hominem maximè fugit, & se vix conspicuum præbet.*

XXIII.

لَا يَنْتَطِحُ فِيهَا عَنْزَانِ Non cornibus in eo certant capreolæ duæ.

N o t æ.

عنز Pullus fœmineus capreæ *vel* cervæ. *Cui sexui & ætati non convenit cornibus luctari; sicuti arietibus & hircis; Itaque paræmiâ hâc notatur, imbecilliores non sufficere nec adhibendos esse gravioribus rebus. Haud dissimili origine sensuque dicunt:* لَا يَنْفِطُ فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ عَنَاقٌ Non sternutat in ea re capella. *Est autem* نفط *&* نثر *in brutis, idem quod* عطس *in homine: peculiariter tamen* نفط *caprino generi tribuitur, uti* عفط *ovino. unde uti* نافطة *est* capra; *ita* عافطة ovis: *& adagiū illud* ὁμοιόπτωτον, مَا لَهُ نَافِطَةٌ وَلَا عَافِطَةٌ Nec illi capra est nec ovis: *id est,* opes nullæ, aut nihil. *Vide quæ in fine pag. 73 extant.*

XXIV.

مَرْعًى وَلَا كَٱلسَّعْدَانِ Pabulum, at non tribulo simile.

N o t æ.

Hoc nomine السعدان *reddidi, quia tribulum refert: unde &*

حسك السعدان *dicitur. attamen folia habet latiora, triangularia magis & leniora: colore etiam magis ad albedinem vergit, & suaviori est sapore. fructus quoque illi est rotundior compressiorque, verticilli aut oboli figurâ, minutis supernè extantibus spinis: qui quidem fructus proprio velut nomine* الضفعانة Addofánato *vocatur. Ita Ibn Beithar, nec non Malajesæ ac Camûsi auctores describunt. Et quoniam planta hæc, quæ in arenis nascitur, expetitum camelis pabulum existit; desumpto hinc proverbio uti solent, ut hominem homini, aut rem rei præstare significent. Primùm id dixisse scribitur Amro-'lkaisi, poëtæ Arabis celeberrimi conjux, ut marito responderet quærenti, quis ipse videretur illi respectu mariti prioris. Videtur illa & originem vocis* السعدان *spectasse, quæ* felicitatem *signat, quasi quem nunc haberet & minùs esse felicem indicare voluerit. Huic simile est adagium aliud:*

مَاءٌ وَلَا كَصَدَّي Aqua, sed non instar Soddæ. *Id proprium putei nomen est, qui ob aquæ præstantiam celebratur. quò & hemistichium poëtæ* ضرار السعدي Dirâri Sadæi *proverbiale pertinet:*

يُطَالِبُ مِنْ أَحْوَاضِ صَدَّي مَشْرَبًا Captat è lacubus Soddæ potum. *Hoc est, potiri re pulchrâ avet, quæ non tam facilè sine molestia & contentione adiri possit.*

XXV.

عُشْبٌ وَلَا بَعِيرٌ Herba, at nullus est camelus.

NOTÆ.

Herbâ & pabulo abundat campus, sed haud ullus eo camelus pascitur. In avari opes dici solet, quibus nec ipse fruitur, nec alius.

ما تنفع

XXVI.

مَا تَنْفَعُ ٱلشَّعْفَةُ فِي ٱلْوَادِي ٱلرُّغُبِ ، Non prodest lenis pluvia in valle ampla.

NOTÆ.

Confertâ nempe pluviâ opus est, ut per vallem torrens fluat. In eum fertur, qui non nisi parum tibi dederit, quod juvare nullo modo possit.

XXVII.

تَقَلَّدَ طَوْقَ ٱلْحَمَامَةِ ، Induit torquem columbæ.

NOTÆ.

Eo dicto notant propositi tenacitatem: vel mores affectusve (& fere pravos, uti fert adagii usus,) adeò confirmatos esse, ut deponi non possint aut mutari; haud magis quàm à natura inditus columbæ torques. A quo non abludit: عَادَةُ ٱلسُّوءِ شَرٌّ مِنَ ٱلْمَغْرَمِ Prava consuetudo pejor est mulctâ. *Nam hâc solutâ quisque liber est; illi qui obsequitur, magis fit obnoxius.*

XXVIII.

عُثَيْثَةٌ تَقْرِمُ جِلْدًا أَمْلَسَ ، Tineola rodit corium glabrum.

NOTÆ.

عُثَيْثَةٌ *Dimin. ab* عُثَّةٌ, *Hebr.* עָשׁ, Tinea. *& Verbum* قرم *juxta Zieuh. & Zamachsj. de infante aut quadrupedis pullo dicitur, cum primùm* arrodere quid & leniter manducare incipit. *In illum usurpari solitum, qui in id incumbit quod supra vires est: aut cùm viri egregii famam lacerare studet homo vilis aut improbus.*

XXIX.

أَلْقَاصُّ لَا يُحِبُّ ٱلْقَاصَّ ، Narrator non amat narratorem.

N O T Æ.

Figulus odit figulum. aut homo loquax ita sermone delectatur proprio, ut alienum respuat.

XXX.

نَفْسُ عِصَامٍ سَوَّدَتْ عِصَامًا ، Sua Asâmum anima evexit.

N O T Æ.

Propriè dominum, principem fecit. *Nam* ساد *pro* سود, *est* principatum inter suos obtinuit. *Vnde* سيد Séjjidon dominus, *seu* gentis suæ caput. *Intelligitur hîc Asâmus Sjábberi filius, qui per virtutes suas ex humili loco ad summum dignitatis fastigium pertigerat apud Nomânem fil. Múnderi, Hiræ (quæ Assyriæ est provincia & urbs) regem, valde celebratum Orientalium scriptis. De eo dicitur proverbium, qui propriis meritis, non generis aut alio favore, ad honores emergit. Eoque monent suum cuiquam ingenium, laborem, ac mores fingere fortunam.*

XXXI.

لَوْ غَيْرُ ذَاتِ سِوَارٍ لَطَمَتْنِي ، Si alia quàm armillata me alapâ cæderet.

N O T Æ.

سوار *illud armillæ genus est, quod propriè Græcis περικάρπιον dicitur; scil.* carpi muliebris ornamentum. *Quare per metonymiam hîc* fœmina *significatur; & acceptam à fœminis*

minis injuriam ulciſci indignum eſſe viro. Etenim parœmiæ originem hanc tradit Aſmaæus, philologus inſignis:

ان حاتم الطاي مر ببلاد عنزة في بعض الاشهر الحرم
فناداه اسير لهم يا ابا سفانة اكلني الاسار والقمل
فقال ويحك اسات ان نوهت باسمي في غير بلاد قومي
فساوم القوم به ثم قال اطلقوه واجعلوا يدي في القد
مكانه ففعلوا ذلك ثم جاءته امراة ببعير ليفصده
فنحره فلطمته فقال لو غير ذات سوار لطمتني يعني
اني لا اقتص من النساء ثم عرف ففدا نفسه فداء عظيما ،

Quòd cùm Hatim Tajæus, *ob excelſi animi & raræ liberalitatis facta inter Arabes longè clariſsimus*, menſe quodam ſacro (*quales duo primi in Arabum anno duoq; ultimi erant, quibus præliari non liceret*) tranſiret per Anzitarum regionē, inclamavit eum homo quidam quem gens illa captivum haberet: O Abu-Seffâna (*Seffâna, quod* margaritam *ſignat, nomen propriū eſt mulieris, de quo filiæ ſuæ nomine ita Hátimus appellari ſolebat*) exêdit me captivitas atq; pediculus. Cui dixit ille: Ah, haud rectè feciſti, qui me meo nomine prædicaveris in alia quàm gentis meæ provincia. Deinde verò, ut de captivi pretio cū hominibus illis pactus eſſet, dixit: Dimittite eum, & illius loco in vinculis ponite manum meam; (*i.e.* captivū tenete me) quod & factum fuit. Poſtea ad eum mulier quædam adduxit camelum, cui ſecaret ille venam. At verò eundem Hátimus jugulavit: *quod excipiendis amicis facere laudatæ apud illos liberalitatis erat.* Cùmque ei propterea colaphum mulier impegiſſet: ſi alia, inquit Hátimus, quàm pericarpio ornata colaphizaret me: *id eſt,* equi-

eſt, equidem non fœminas talione ulciſcor. Deinde ut agnitus fuit, ingenti ſemet ipſum pretio redemit. ***Proverbio illo docetur etiam generaliter, viliorum hominum injurias, contemptum non vindictam mereri. Viris autem probroſum habetur cum fœminis comparari.***

XXXII.

لَا كُلُّ مَنْ عَلَيْهِ جِلْدُ ٱلنَّمِرِ شَجِيعٌ ، Non omnis qui pellem fert pantheræ, fortis eſt: *aut quaſi dixerit quis*, non quivis paludatus miles eſt.

NOTÆ.

Vt olim moris fuit, ita nec hodie in Oriente inſolens, belli tempore induere exuvias ferarum; leonum imprimis ac pardorum. & quidem fortitudinis hoc, & hoſtilis iræ ſymbolum fuit. Ita dicunt: شمر والبس جلد النمر Accinge te, & indue pellem pardi: *quo ad fortis animi certamen hortantur. Sic &,* البس له جلد النمر Induit adverſus illum pellem pardinam: *id eſt, inimicitiam concepit, induit iras. Allata autem initio parœmia notat, non revera ſemper talem eſſe quemque, qualis videatur aut eſſe velit.*

XXXIII.

إِنْ يَبْغِ عَلَيْكَ قَوْمُكَ لَا يَبْغِ عَلَيْكَ ٱلْقَمَرُ ، Si iniqua tibi ſit gens tua, non iniqua fuerit Luna.

NOTÆ.

Hoc reſpondebat arbiter, qui delectus eſſet à Thalebitis quibuſdam, depoſito pignore certantibus nocte XIV *Lunæ; cùm alii contenderent futurum, ut conſpiceretur Luna oriente*

oriente sole; alii contrà, ut occideret Luna ante Solis ortum. Vbi certantium quidam dixit: utique mei in me injurii erunt. Vsurpatur adagium in re manifesta, de qua certò constare possit.

XXXIV.

قَدْ أَلْقَى عَصَاهُ اذَا أَسْفَرَ مِنْ سَفَرٍ ، Abjecit baculum suum appetente itinere.

NOTÆ.

Idem est quod Latini dicunt, tempore pugnæ abjecit hastam. *Cùm Ibn Abbâs, cui ob crudelitatem cognomen* السفاح *impositum fuit, de quo hist. Sarac. imperator salutatus, orationem de more habiturus esset, atque excideret illi è manu scipio, imperii insigne, ex medio populi aliquis hoc poëtæ dictum pronunciavit:*

فَأَلْقَتْ عَصَاهَا وَٱسْتَقَرَّتْ بِهَا ٱلنَّوَى

كَمَا قَرَّ عَيْنًا بِٱلْإِيَابِ ٱلْمُسَافِرُ ،

Equidem abjecit illa (*contumeliosè virum innuit*) scipionem suum imminente itinere:
Haud secus ac lætatur reditu viator.

Huc pertinet, خُذُوا أُهْبَةَ ٱلرَّحِيلِ فَإِنَّكُمْ سَفْرٌ

Capessite apparatum discessûs, quoniam viatores estis,

nec alienum inde, هٰذَا اوَانُ شَدِّكُمْ فَشُدُّوا

Hoc tempus vobis ligandi est: ideoque ligate.

Petitum ab iis, qui ante itineris ineundi articulum sarcinas

colligunt, & jumentis impositas constringunt. Monet autem adagium tempestivè ac studiosè agendum esse, quod agere oporteat.

XXXV.

عَدُوُّكَ بَيْنَ جَنْبَيْكَ، Hostis tuus inter latera tua.

Ita &, مَقْتَلُ ٱلرَّجُلِ بَيْنَ فَكَّيْهِ Exitium viri inter maxillas suas.

N o t æ.

Illic quidem cor, fons affectuum, intelligitur; hîc verò lingua. quippe proprius cuique animus & sua lingua, nisi bonæ mentis imperio regantur, noxam afferunt & perniciem. Vtrumque etiam simul dicunt, duobus verbis hisce:

أَلْمَرْءُ بِأَصْغَرَيْهِ Vir duobus minimis suis.

Scilicet ex corde & lingua æstimatur; partibus minimis, quæ facultates duas homini proprias, animum & sermonem, vel rationem & orationem designant. Hisce quantum valeat quisque atque efficiat, tanti & ipse est.

XXXVI.

عَسَى ٱلْغُوَيْرُ أَبْؤُسًا، Fortasse parvum antrum multa dederit mala.

N o t æ.

أَبْؤُس *Plur. formæ* XII, *à Sing.* بُؤْس; *quod rarum est, cùm talia Pluralia fiant à Sing. formæ* نصر Nasron. عسي *verò Verbum propinquitatis dicitur: de quo consule tractatum Grammaticum de centum regentibus, auctore Abdo*

Abdo 'lcâdir Zjúrzjanæo. Vsurpatur in Præterito tantùm, per sua genera, numeros, & personas; licet habere ibi possit etiam Indicativi notionem. Propè esse, *nec non* fortasse & quandoque *valet: & quod pro prædicato Verbum sequitur, ante se* أن An *recipit; nonnunquam eâ particulâ caret. Sic dicitur,* عَسَي زَيْدٌ أَنْ يَخْرُجَ & عَسَي زَيْدٌ يَخْرُجُ Prope fuit *vel* est, ut exiret *aut* exeat Zeidus, *sive* parum abfuit, *vel* abest quin &c. *Loco posterioris Verbi non adhibetur Nomen, inquit Ziéuharis; nisi fortè in Proverbiis, non alibi. Attamen id permittit Camusius, & quidem in Accusativo; ita ut subintelligatur Verbum* كان, *ut quod eum in prædicato casum regit. Potest & ipsum* عسي *Verbi transitivi vim includere, uti in hoc adagio liquet: ubi etiam per* quandoque dedit intulitve *exponi possit. Cujus dicti veteris ac multùm frequentati originem scriptores variè tradunt: vel quòd magnam turmam ex insidiis aorti hostes deleverunt; vel quòd cùm in cryptam confugissent quidam, eâ in se collapsa perierint, aut juxta alios à superveniente hoste trucidati fuerint. Quin alii volunt, inter quos Ibn Kelbis est,* الغوير nomen proprium *esse* aquæ, *pertinentis ad Arabes Kelbitas, quâ per insidias occupatâ ab hoste ingentia passi sint incommoda, hoc vitæ suæ pecorumque præsidio destituti. Quicquid sit, dici de rebus omnibus solet, à quibus futurum metuatur malum.*

XXXVII.

كُلُّ صَيْدٍ فِي جَوْفِ ٱلْفَرَا، Omnis præda in ventre onagri.

NOTÆ.

فَرَا , *Hebr.* פֶּרֶא , *est* حِمَارٌ وَحْشِيٌّ , *unâ voce* ὄναγρος , onager, *i. e.* asinus sylvester *sive* ferus: *in solitudine degens animal; Ierem.* 11. 24. *cujus descriptionem videre licet apud Leonem Africanum, lib.* IX. *Adagii verò hæc traditur origo: Cùm olim venatum abiissent tres Arabes; quorum unus leporem, capream alter, tertius onagrum cepisset, & priores duo multùm gloriarentur de illa præda sua, tertius os utrique obstruxit hisce verbis:* Universa præda in onagri ventre est. *Non quidem ideo quòd ob velocitatem fera hæc difficillimæ sit capturæ, & in deliciis haberi soleat: sed quia inter omnes, quas venari gens illa solet, corpore facilè maxima existat: ita ut ventris sui capacitate utramque illam, leporem & dorcadem, continere possit. Quod dictum vulgato exinde usu in eos obtinuit, qui res suas ut summas jactant, quæ alienis longè sint inferiores.*

XXXVIII.

كَالْكَبْشِ يَحْمِلُ شَفْرَةً وَزِنَادًا Instar arietis qui cultrum portat & igniaria.

NOTÆ.

شفرة cultrum magnum *notat, quo mactari solent animalia:* زناد *autem à Sing.* زند Zendon, omnia quæ extundendo igni inserviunt. *Atque ita intelliguntur hîc instrumenta, quibus jugulari animal dissecarique possit, atque ad coquendum focus accendi. Vti in campis talia apud Scenitas in gratiam hospitum aliâve occasione expeditè peragi solent.*

ſolent. Adagium in eum quadrat, qui ſecurus omnis mali in ſummo vitæ diſcrimine verſatur.

XXXIX.

، عَادَ ٱلسَّهْمُ إِلَي ٱلنَّزَعَةِ ، Rediit ſagitta ad jaculatores.

N o t æ.

نَزَعَةٌ *Plur. formæ* VIII. *à Sing.* نَازِعٌ, qui attrahit ad ſe arcûs nervum jaculandi ergo. *Senſus autem eſt,* رَجَعَ ٱلْحَقُّ إِلَي أَهْلِهِ Redundavit quod juſtum eſt ad eos quibus debetur : *vel idem eſt cum dicto alio,* عَادَ ٱلْأَمْرُ إِلَي نِصَابِهِ Rediit res ad principium ſuum.

XL.

، تَسْمَعُ ٱلْجَعْجَعَةَ وَلَا يُرَي طِحْنٌ ، Auditur molæ ſtrepitus, ſed non conſpicitur farina.

N o t æ.

In eum fertur, مَنْ يَعِدُ وَلَا يَفِي, Qui promittit, ſed non præſtat. *vel ſententiâ idem cum adagio* IV. *quod præceſſit.*

XLI.

، عَيْرٌ عَارَهُ وَتِدُهُ ، Aſinum perdidit palus ſuus.

N o t æ.

Non inelegans hîc eſt τȣ̃ عير & عار *paronomaſia. Adagium verò indè natum, quòd cùm aſinum ſuum vir quidam, ut quieſcere ſineret, de palo religaſſet, ſupervênit haud multò*

multò pòst hyæna, quæ jumentum aufugere nequiens interemit. Eodem ferè sensu dici solet, quo proximè sequens.

XLII.

عَلَى أَهْلِهِ دَلَّتْ بَرَاقِشُ ، Suorum (*vel* domini sui) indicium fecit Berâkis.

N O T Æ.

Pro دَلَّتْ *etiam dicitur* تَجْنِي in suos malum concit. *Fuit autem* Berâkis *caniculæ nomen, quæ profugientem ab hostium incursione cum hero familiam ponè insecuta, multo latratu prodidit suos hostibusque mactandos dedit. Docetur proverbio, maximum sæpe periculum accidere ab iis rebus, quæ ad custodiam facere & securitatem videantur.*

XLIII.

عُرْفُطَةٌ تُسْقَي مِنَ ٱلْغَوَادِقِ ، Sentis noxia rigatur à nubibus.

N O T Æ.

عُرْفُطٌ *Collect. est* species عِضَاةٌ *i. e.* arboris spinosæ pumilæ: *cujus fructus albi, cùm cæterarum flavi sint vel fulvi.* الغوادق *verò sunt* aquæ copiâ insignes nubes. *De homine improbo fertur, qui honore colitur aut fortunâ floret.*

XLIV.

فَتًى وَلَا كَمَالِكٍ ، Vir, at non Málico similis.

N O T Æ.

Hoc Mutémmemus Nuwairæ filius, Arabs illustris, dixit de fratre

fratre suo, cui Málico nomen erat, cùm de expianda illius cæde agere quidam vellent. Usus ferè idem est qui adagii XXIV.

XLV.

قَدْ بَلَغَ ٱلشِّظَاظُ ٱلْوَرِكَيْنِ ، Pervênit fibula ad coxas.

N O T Æ.

Quum res modum suosve limites excessit. Fibula intelligitur lignea, clavi paxillive instar, quâ binæ sarcinæ binive sacci onus continentes, per suas ansas trajectâ inter se nectuntur, ut simul sustineantur in jumenti dorso. In eundem sensum quoque inter alia multa dicunt:

جَاوَزَ ٱلْحِزَامُ ٱلطُّبْيَيْنِ Excessit cingulum ubera *camelæ.*

Et بَلَغَ ٱلسَّيْلُ ٱلرُّبَا Pertigit torrens ad colles.

XLVI.

رَجَعَ بِخُفَّيْ حُنَيْنٍ Reversus est cum ocreis Honeini.

N O T Æ.

In eum fertur, qui magnâ spe ausisve exciderit. Nempe Honeinus nomine Arabs quidam se A'sadi Hasjimidæ filium professus fuit: qui cùm ad Muttálibum, de quo Hist. Sar. pag. 2. rubras indutus ocreas venisset, ut eum pro patruo salutaret; respondet ille: nec indumenta Hásjimi nec mores agnosco: itaque ad tuos redi. Tradunt autem alii, eo nomine fuisse calceolarium quendam in urbe Hira, de qua vide sis notas ad adagium XXX. *Is injuriâ affectus ab Arabe scenita, qui diu licitatus par ocrearum venditori illusisset,*

ſiſſet, & in via quâ ad vicum ille rediturus eſſet duas ocreas projecit, at relicto inter utramque ſat magno intervallo. Arabs camelo vectus, cùm præteriens ocream duntaxat unam videret, eam velut inutilem ſibi reſpuit ac neglexit: ſed ulteriùs progreſſus ubi quoque alteram conſpexit, de jumento deſcendit, eoq; ita ut ad adag. XIV *dixi, ad conſiſtendum ligato, priorem etiam petiturus ocream ſua per veſtigia retrò properavit. Interea ex propinquo latibulo accurrit Honeinus & ſolutum conſcenſumque camelum citatiore fuga abduxit: pro quo ſolas Honeini ocreas domum retulit illuſus Arabs. Atque ita proverbio huic locũ dedit; quod adhiberi ſolitum, ubi quis pro malo, quod meditatus fuerit alteri, contumeliam reportat aut damnum.*

XLVII.

عَادَ ٱلْغَيْثُ عَلَى مَا أَفْسَدَ ، Redit pluvia ſuper id quod corrupit.

N o t æ.

Id eſt يَنْفَعُ أَيْنَ يَضُرُّ Prodeſt ubi nocet. *In eum quadrat, in quo ſi quid mali ſit, plus ineſt boni.*

XLVIII.

جَزَاءُ أُمِّ عَامِرٍ ، Retributio hyænæ.

N o t æ.

ام عامر *Per antonomaſiam, Arabibus* الكنية *dictam, eſt* ضبع hyæna. *quin &* عامر *dicitur ipſe* catulus ejus, *Camuſio teſte. Contigit olim feram hanc à venatoribus impetitam fugiſſe ſub tentorium Arabis campeſtris; qui poſtquam præſidio ſuo vitam bellaæ ſervaſſet, eamque inſuper*

aliquot

aliquot aluisset dies; ab ea, ut humanarum avidissima est carnium, dilaniatus fuit. Vnde poëta,

وَمَنْ يَصْنَعْ ٱلْمَعْرُوفَ مَعْ غَيْرِ أَهْلِهِ

يُلَاقِي ٱلَّذِي لَاقَى مُجِيرُ أُمِّ عَامِرٍ ،

Qui beneficium collocaverit in indignum,
Offendet idem quod offendit hospitator hyænæ.

Hinc & مجير ام عامر proverbialiter eum notat, qui bene meretur de homine ingrato. Ita λυκιδεῖς ἢ λύκες τρέφειν *adagium est Græcorū. Vulgatum pariter in Oriente,* جزاء التمساح Quod rependit crocodilus. *Qui ejulatum referente voce homines velut ad opitulandum subinde concit, propiusque ad se pellectos abripit devoratque. Inde & pro insidiarum symbolo habentur lacrymæ crocodili. Nec ab eo, quod initio dictum, multùm dissidet paræmia celebris alia:*

جَزَاءُ سِنِّمَارٍ Ita uti pensatus fuit Sinnimârus.

Is gente Græcus architectus erat, qui Nomâni majori, Assyriæ regi, extra Cufam rari artificii arcem construxerat. At ne aliis quoque similem conderet, ex eadem jussu regis præceps dejectus fuit. De eo & doctiss. Pocockium vide in specimine Hist. Arabum.

XLIX.

إِخْتَلَطَ ٱلْخَاثِرُ بِٱلزُّبَابِ ، Commixtū est lac crassum spumâ.

N o t æ.

De negotio dicitur confuso & conturbato. Notat autem خثر crassescere & spissum fieri, *de lacte & similibus; &* perturbari *de animo. At in IV. Conj.* اخثر *est* crassum &

cum craſſamento ſuo relinquere *butyrum*, *nec liquefaciendo, ut ipſis mos eſt, mundare. Vnde & aliud adagium,*

مَا يَدْرِي أَمْ يُخْثِرُ أَمْ يُذِيبُ Neſcit craſſumne relicturus ſit an liquaturus. *Cùm quis quid agere expediat ſuſpenſus eſt ac dubius.*

L.

إِنَّ ٱلرَّثِيئَةَ يَفْثَأُ ٱلْغَضَبَ ، Utique oxygala ſedat iram.

N O T Æ.

Alii يَفْثُو *ſcribunt. Fit autem* أَلرَّثِيئَةُ, *quando lacti acido, cui exemptum butyrum, recens mulgendo inſpergitur, ita ut totum inſpiſſetur. Natum ex eo adagium, quòd quis accenſus irâ in alios, & ſimul fame laborans, ejuſmodi propinato lactis genere placatus fuit. De munere dicitur, quo alienati animi redintegratur amor vel conſenſus. Huc & illud referri poteſt:*

فَتَلْعِقْهُ سَمْنًا Lambendum præbe illi butyrum, *aut* pingue quid. *Nempe lynx intelligitur, quæ ex hoc ferarũ genere ferè ſola ab hominibus ſe regi patitur, &, ut Oppianus loquitur, armari in prædam. Eam quippe, uti in Oriente mos eſt, de camelo vel equo, in India quoque de plauſtro, in vicinam capream ſimilemve prædam venatores dimittunt: quam ſi aliquot ſaltibus non attingat, accenditur vehementi irâ, cui maximè obnoxium eſt animal: ita ut ſubinde nec domino aut rectori parcat. ideoque butyracei quid aut ſimile objici ſolet, cujus linctu placatur; ut contrectari ſe & ligari ſinat. Vnde manifeſtus eſt adagii ſenſus:*

sus: nempe benignitate demulcendum esse irati hominis animum, atque ita reconciliandum.

LI.

قَدْ شَرِبَ مِن تُرَابِ مَيِّتٍ ، Bibit ex terra mortui.

NOTÆ.

Id est aquam quâ perfusa fuerit terra desumpta ex hominis sepulchro. Eo autem potu amorem extingui vetus fuit Arabum opinio: uti & Camusus docet. Dici de illo solet, qui veteris oblitus amicitiæ duriorem se ac inhumanum amicis præbeat.

LII.

كَأَنَّ عَلَى رَأْسِهِ ٱلطَّيْرُ ، Ac si capiti ejus insideat avis.

NOTÆ.

Aut videtur insidere: *ita enim τὸ* كأن *reddere sæpe convenit.* الطير *per Articulum hîc ad certam speciem restrictum denotat* corvum. *Nam aliquando capiti pascentis cameli insistere avis hæc, indeq; vermiculos rodentes legere conspecta fuit: quo percepto beneficio camelus, ne frustraretur se, neutiquam caput commoveret. Atque hinc natum adagium in eos quadrat, qui silentio & immoti quasi corporis aspectu gravitatem affectant; aut qui partâ commoditate superbiunt & mirum in modum gaudent.*

LIII.

رَبَضَ ثُمَّ ظَبْيًا ، Recubat ibi dorcadis more.

NOTÆ.

Id eſt, commodè placidéque, & ſecurè tutóque degit; ita uti animal illud in cubili ſuo. In primis de homine elegantiori ac ingenuo dici poteſt, cui pro virtutum ſuarum merito alicubi bene ſit; quemadmodum ſua dorcadem gratia ac ſanitas commendat: de qua vide ſis notas ad adag. XXI.

LIV.

فِي بِلَادِ ٱلْجَرِيدِ تُتْمَرُ ٱلْحَمِيرُ In regione dactylifera dactylis paſcuntur aſini.

NOTÆ.

Arabibus Africæ peculiare adagium. الجريد *propriè ſunt* ſpoliati foliis rami palmæ. *atque ita per ſynecdochen quandam notantur arbores ipſæ. Hîc verò per eaſdem intelliguntur palmeta, quibus potior Numidiæ pars conſtat continuaque penè efficitur ſylva. Eam regionem hoc Beledulgerid nomine deſcribit Leo Africanus libr.* IV. *Ibidem equis etiam & aſinis dactylos pro pabulo præberi mos eſt, & quoque adhiberi ad deglabrandas pelles. Proverbialiter notatur, ingenti copiâ atque affluentiâ res meliores vileſcere; & ex ea etiam bene eſſe hominibus aliàs abjectis vel indignis.*

LV.

يُخْتَاضُ عَلَى عَرْضِ ٱلسَّرَابِ Petit ſpeciem apparentis aquæ.

NOTÆ.

إِخْتِيَاضُ *idem valet quod* خَوْضُ & إِحْتِيَاطُ, ferri ad aliquid *vel*

vel circum illud. & عَرْضٌ *est* quod proponitur ſeve offert, *aut* quod apparet, *ab* عرض له الامر كذا apparuit illi res ejuſmodi, vel eo modo. *Item* عرض Ardon, Ordon, Orudon, *eſt* tractus rei. *Quæ utraque hîc locum habet ſignificatio. Denique* السراب *ab Hebr.* שָׁרָב æſtus ſolis, *vel* æſtuoſum quid & torridum, *Arabibus peculiariter eſt* vapor quidam ſeu ſplendor in deſertorum planitie eminus apparens, vaſti lacûs formâ; quam ab arenis repercuſſi efficiunt ardentes radii ſolis. *Plura de eo diximus in Notis ad Alfraganum pag.* 111. *Eſtque hoc phantaſma ejus quod habetur apud Eſaiam* XXXV, 7. וְהָיָה הַשָּׁרָב לַאֲגַם Et erit locus torridus in ſtagnum. *Viatores in deſertis ſiti preſſos ejuſmodi aquæ ſpecies procul invitat; at propiùs accedentes fallit: quippe quæ vel tantundem recedit, & eodem ſemper intervallo diſtat, vel prorſus evaneſcit. Scitè itaque cum ea comparantur res ſeculares ac evanidæ, quæ illuſtri ſpecie allectos hominum animos decipiunt deſtituuntque. Vulgò autem uſurpatur adagium, cùm ſtudioſè perſequitur quis quod aſſequi non poſſit. Ad ea quæ dicta ſunt pertinet hoc poëtæ;*

سَرَابُ بِقِيعَةٍ يَحْسَبُهُ ٱلظَّمْآنُ مَاءً Vaporem campi æſtimat ſitibundus aquam. *Imponit homini cupiditas ſua & judicium occæcat, ut quid res videatur eſſe ab eo quod revera ſit non diſcernat.*

LVI.

أَللَّيْلُ طَوِيلٌ وَأَنْتَ مُقْمِرٌ Nox longa eſt, & tibi lucet luna.

NOTÆ.

Hoc Arabs, nomine سُلَيْكُ بْنُ سُلَكَةَ, *primùm dixit, cùm dormienti in corpus insiluisset hostis quidam, qui captivum abducere properaret. Cujus dicti nempe hæc est sententia: Quid festinas? sat tibi temporis superest, & quidem opportuni. At Suleicus fortiter expedivit se, & de hoste ultus fuit. Vel ab eo fortè tractum fuit, quòd in Asia & Africa, iter facere noctu gaudent, ad evitanda diurni æstûs incommoda. Adagii verò vulgatior usus est, cùm quis queritur, ubi non est querelæ locus.*

LVII.

لِكُلِّ نَاجِمٍ فُؤُولٌ ، Cuique orienti syderi præsagia.

NOTÆ.

نَاجِمٌ *quod in genere est* exoriens & apparens; *hîc ita speciatim reddidi; quia* نَجْمٌ stellam *notat. Petitum itaque vel ab Ægyptiis, qui ex primæ rei occursu omen sumebant; vel à Babyloniis, qui cuique exorienti syderi suum tribuebant effectum &* ἀποτέλεσμα. *De iis usurpatur, qui novè quid aut inusitati faciunt, aut præ se ferunt: de quo pro suo quisque more judicat.*

LVIII.

يَأْخُذُهَا ٱلرَّاقِي تِرْيَاكًا وَٱلْغَافِلُ هَلَاكًا ، Capit eam intelligens ad antidotum, imprudens ad exitium.

NOTÆ.

Intelligitur حَيَّةٌ serpens *in genere, vel speciatim* أَفْعَى vipera, *cuius alexeteriæ sunt carnes, veneno letales morsus.*

sus. ترياك *ex Græco vox*, theriacam *notat*, *& hinc* antidotum *quodvis.* الراقي *propriè est* incantator, *& ea vox Psal.* LVII, 5. *usurpatur in versione Arab. nam* رقا *est* sacris immurmuratis verbis & quasi inspiratis (*quod &* לחש *est Hebr. eodem Psalmo*) prohibere noxam; tum ne quæ res inferat, tum ne quæ recipiat. *ita dicunt:* استرقيته فرقاني rogavi eum incantamento muniret me, eoque munivit. الغافل socors *est &* improvidus: *quare cùm hîc opponatur* τῷ الراقي, *hoc ipsum etiam generalis significationis voce reddidi.*

LIX.

عَجْعَجَ إِذَا عَضَّهُ ٱلطِّغَانُ ، Exclamat cùm ipsum mordet (arctè premit) funis.

NOTÆ.

عجعج *idem est quod* عج vociferatus fuit: *& quidem propriè camelus: vox quasi* φύσει, *hoc est ipso sono, quem camelus edit, significans.* طغان *autem* funis *est*, quo sella aut pilentum camelo impositum illigari solet & constringi. *Usurpatur in refractarium & querulum, cui quod justum sit imponitur.*

LX.

لَا يُدْخَلُ بَيْنَ ٱلْعَصَا وَلِحَائِهَا *vel* لَا مَدْخَلَ بَيْنَ ٱلْعَصَا وَٱللِّحَاءِ ،

Penetrari nequit inter baculum & corticem.

NOTÆ.

De intimæ amicitiæ nexu, inviolabili fœdere, similive animorum consensione ferri solet; nec non de arctiori arcanorum custodia. ita ut العصا ولحاوه *inter unionis ejusmodi & con-*

& consensûs symbola numeretur. In rebus aliis quoque, ubi una congruat alteri, locum habet.

LXI.

اِنَّ ٱلشَّقِيَّ وَافِدُ ٱلْبَرَاجِمِ Utique infortunatus, qui à Temimitis venit.

N o t æ.

Amrus fil. Abdo'lmélici, juxta alios fil. Hindi, ut perpetratam à Suwaido fil. Rabîæ Temimitâ fratris sui cædem vindicaret, voverat se complures præfinito numero Temimitas vivicomburio necaturum. Quotquot eorum comprehendi potuere, eodem die in ignem conjecti miserè perierunt. Erant autem illi ex Beni Warim omnes, qui ad Temimitas pertinerent. Cùm ad explendum voti numerum saltem unus deesset; Arabs quidam camelo vectus ut fortè nidorem eminus percepit, sibi persuadens convivium parari, quod inter campestres Arabes in campo fieri solet, ad castra accessit, & de jumento in genua flexo descendit. Perductus ad Amrum, & rogatus quis & unde esset; se Amârum vocari, & ex Berazjimitis esse, qui etiam Temimitæ sunt, respondit. Ibi tum Amrus hisce dictis verbis, ان الشقي وافد البراجم*, cæteris eum piacularibus victimis adjecit. Atque indè natum in eos adagium, qui suâ sponte exitium incurrunt; præsertim levioris boni studio & aviditate. Et hinc proverbio celebrata,* طمع البراجم Concupiscentia Berazjimitarum. *Atque inde quoque exprobratus Temimitis fuit amor cibi: quò & poëta respicit,*

اِذَا مَا مَاتَ مَيِّتٌ مِنْ تَمِيمٍ وَسَرَّكَ أَنْ يَعِيشَ فَجِئْ بِزَادِ

Si quan-

Si quando moribundum gaudeas vivere Temimitam, utique apporta commeatum.

Ex memorabili illo ſævitiæ ſpectaculo etiam duo alia vulgata fuerunt adagia. Nam capta cum viris mulier, cùm ardentem ob oculos ignem conſpiceret, dixit:

أَلاَ فَتًى مَكَانَ عَجُوزٍ Nullusne juvenis eſt loco anûs?

Vbi videret eſſe neminem, per quem liberari redimive poſſet, etiam ipſa hoc dixit:

صَارَتِ ٱلْفِتْيَانُ حُمَمًا Iuvenes facti ſunt carbones.

LXII.

يَسُرُّ حَسْوًا فِي ٱرْتِغَاءٍ Proſperè ſorbet dum captat ſpumam.

NOTÆ.

Cùm quis oblato lacte ſimularet ſolam ſe expetere ſpumam, magnam lactis ejuſdem portionem ſorbendo exhauſit. Sic qui videri cupit amici ſui commodis ſtudere, eumque juvare velle, ſæpe rem duntaxat ſuam reſpicit, atque ad ſe pertrahit ſi quid eſt boni.

LXIII.

خَلِّ سَبِيلَ مَنْ وَهِيَ سِقَاؤُهُ Miſſam fac ejus conſuetudinem cujus ruptus eſt uter.

NOTÆ.

Addunt alii, quo & ſimul expleatur rhythmus,

وَمَنْ هُرِيقَ بِٱلْفَلَاةِ مَاؤُهُ cujuſque effuſa eſt per campum aqua. السبيل *non tantùm* via *eſt*, & agendi modus:

dus: *sed ipsum etiam* ما يصنع في سبيل الله quod efficitur præstaturque in pios usus, & quidem gratis ac præ amore Dei. *Quin & eo nomine vocatur* fons puteusve, *aut* aquæ potus, qui liberalitate publicâ vel privatâ inservit petentium cuique. *Tale quid & hoc loco commodissimè intelligi potest. In eum verò dicitur, cujus malè habent se & turbatæ res sunt; aut qui ab amicitia tua & consuetudine abhorret, & se alienum præbet.*

LXIV.

كَدّ كَدّ وَٱلْعَشَاءِ خُبَيْزٌ Multùm laborat, & cœna paniculus.

NOTÆ.

Ad verbum, laborat, laborat. *Vocis quippe geminatio significare intensionem solet. Quidam legunt efferuntque* خبّاز Chobbâzon, *id est* malvæ: *eodem sensu. Nam utrobique proverbio locus est, ubi ex suscepto labore ac molestiâ haud dignus redit fructus, nec quod operæ pretium fiet.*

LXV.

عَصَي ٱلْجَبَانِ أَطْوَلُ Baculum pavidi longius.

NOTÆ.

Quasi armorum longitudo hosti formidabilior sit brevitate. Id autem est externâ specie & apparatu mentiri internam virtutem. Vide adagium XXXII: *quod loco huic ac sententiæ facile aptari queat:*

LXVI.

غُدَّةٌ كَغُدَّةِ ٱلْبَعِيرِ وَٱلْمَوْتُ فِي بَيْتِ سَلُولِيَّةٍ Bubo instar bubonis camelini & mors in tentorio pauperculæ.

NOTÆ.

NOTÆ.

غُدَّةٌ bubo *vel* glandula *est*, *sive* simplex; *sive* pestilentialis. سلول *autem* infimi ordinis Arabs *est*, despectus & abjectus. *Hoc autem dixit Arabum dux quidam nomine* عامر بن الطفيل Amir Thafilites, *cùm ultrices Dei manus fugiens, in poplite tumore correptus & in pauperculæ mulieris tentorium eques receptus, repentinam sentiret mortem. In duo mala quadrat, quorum alterum altero gravius sit & perniciosius.*

LXVII.

فِي وَجْهِ مَالِكٍ تُعْرَفُ إِمْرَتُهُ ، In vultu Málici cognoscitur præfectura sua.

NOTÆ.

Designatur εἶδος ἄξιον τυραννίδος, *seu ubi internam animi virtutem indicat externâ corporis præstantiâ ac formâ. De Málico autem consule adagium* XLIV. *At in Zjéuhari hoc extat ita scriptum:*

فِي وَجْهِ ٱلْمَالِ تُعْرَفُ اَمْرَتُهُ In facie gregis cognoveris bonitatem ipsius. *Nam* امرة *utrumque denotat: atque etiam* copiam & fœturam. *Pro qua postrema significatione quidam hîc* امرته Immerátaho *efferunt*; & *pro* مالك, *quod initio positum, legunt* Málika, *hoc est* gregis tui. *Nisi utrobique forsan vitiosa sit scriptura pro* مالك Málikin.

LXVIII.

قَطَعَتْ جُهَيْنَةُ قَوْلَ كُلِّ خَطِيبٍ ، Abrupit Zjuheina quod dictum est ab internuntiis.

NOTÆ.

Ad verbum est, dictum omnis internuntii *vel* oratoris: *& hoc loco non tam quod dictum quàm quod sancitum est intelligitur. Cùm inter duas Arabum tribus ob commissam cædem graves ortæ esset inimicitiæ, & missi internuntii penè confecissent pacem: significavit fortè cæsi mater, nomine Zjuheina, ab amicis suis modò mactatum esse cædis authorem. Vnde nova & priore major contentio nata fuit. Adagii usus est manifestus; & in eum valet, qui ab aliis res bene compositas turbat; aut pactis, de quibus facilè convenire possit, infeliciter intercedit.*

LXIX.

كَالثَّوْرِ يُضْرَبُ لَمَّا عَافَتِ ٱلْبَقَرُ ، Tauri instar vapulantis quòd fastidiosæ sint vaccæ.

NOTÆ.

عافت *pro* عيفت, aversata fuit *pabulum aut potum*, fastidivit. *Id si vaccis accidere contingat præ libidine, præsenti tauro imputari solet. Atque ita adagio locus est, ubi innocens ob crimen plectitur, quod commeruerit noxius. In eandem quoque sententiam dicitur:*

كُوِيَ ٱلْعَيْرُ وَيُكْوَى غَيْرُهُ وَهُوَ رَاتِعٌ ، Mordet asinus, & uritur alius, dum ille liberè pascitur. *Cauterio avertenda est noxa, quæ animali commorso accidit.*

LXX.

إِنَّ لِلَّهِ جُنُودًا مِنْهَا ٱلْعَسَلُ ، Utique Deus legiones habet, de quibus & mel est.

NOTÆ.

NOTÆ.

Hoc Muavias dixit, de quo Histor. Sarac. lib. I. cap. VII. ubi renunciaretur ipsi Al-ásj tarum propinato in melle toxico esse interemptum. Dictum petitâ à bello metaphorâ insigne, & imperatore bellico dignum: quod in adagium deinde abiit; ferri solitum, quando infortunium hosti vel sua exprobratur calamitas, velut justa Dei vindicta.

LXXI.

اِضْطَرَّهُ ٱلسَّيْلُ إِلَى مُعْطَشِهِ ، Abripuit eum torrens ad sitis suæ locum.

NOTÆ.

Siti ardens quis ad aquam venit rapidam ac profundam, utque potandi ergo insedit arboris trunco, præceps eum abstulit aquæ cursus, miniméque restinctâ siti in exitium dedit. De eo dicitur, qui ex commodo & securo statu se conjicit in ingens malum.

LXXII.

طَوَيْتُهُ عَلَى بُلَالِهِ ، Complicui illud dum humidum esset.

NOTÆ.

Item عَلَى بُلُلِهِ , & عَلَى بُلَّتِهِ *dicitur. Ab utribus desumptum, qui si complicentur aridi, rumpuntur; si valde uvidi, putrefiunt. Usu obtinet proverbialis phrasis, cùm quis se aliena indoli moribusque cautè attemperat, aut gerendæ rei commoditate utitur tempestivè & prudenter. Dicunt quoque* ب :

طويته على غرّه Complicui illud ad rupturam ſuam.

Intelligitur veſtis pannuſve : in cujus duplicata parte ſi quæ ruptura ſit ejuſve veſtigium aut principium, غر Girron *vocatur. Hoc autem dictum potiùs tunc valuerit, ubi detrimenti quid aut vitii arte corrigitur celaturve.*

LXXIII.

« من يشتري سيفي وهذا اثره » Quicunque (*vel* ſi quis) emerit enſem meum, hoc ejus eſt veſtigium.

NOTÆ.

Cùm laceſſitus quis aut impetitus ſe ab injuriis vindicat, eaſque ulciſcitur. Hoc autem primùm dixiſſe traditur Albáritus Dálimi filius; cùm in perſequentes hoſtes retro converſus multis eos afficeret vulneribus & magnâ clade.

LXXIV.

« بلغت الدماء الثنن » Pervenit ſanguis ad talos.

NOTÆ.

دماء *Plur. à Sing.* دم, ſanguinis copiam *notat: à* ثنّة *autem plurale hoc* ثنن pedis equini pilos in poſtica parte tarſi. *Quos in magna ſtrage effuſus rigat ſubinde ſanguis. Ita malum ſignificant, quod excreverit ad ſummum. E contrario tale bonum intelligunt, & in bonam partem accipiunt, cùm dicitur:*

يملأ الدلو الي عقد الكرب Plena eſt ſitula ad nodum imi funis, (ſeu anſæ.) *Ferè ſimiles locutiones alias vide adagio* XLV.

LXXV.

LXXV.

تَرْكَ ٱلظَّبْيِ ظِلَّهُ، Uti relinquit dorcas umbram ſuam.

NOTÆ.

Cùm quis ita rem ſugit deſeritve, ut ad eandem nunquam revertatur.

LXXVI.

هُوَ عَلَى طَرَفِ ٱلثُّمَامِ، Situm eſt in ſummitate tiphæ.

NOTÆ.

الثمام *Coll.* Planta frumentacea *eſt*, tritico ſimilis, eoque procerior, ad panici formam vergente ſpicâ. *Ea quòd ad hominis ferè altitudinem excreſcit, prehenſu eſt quàm facillima. De re obvia dici ſolitum, & quâ citra moleſtiam potiri poſſis. Nomen plantæ autem ita Latinè redditur, quia vox commodior alia non occurrit. Ejuſdem quoque eſt ſententiæ,*

هُوَ عَلَى حَبْلِ ذِرَاعِكَ Exiſtit ſuper vena brachii tui, manûſve tuæ, *hoc eſt* extat in carpo tuo.

LXXVII.

كَٱلْقَابِسِ ٱلْعَجْلَانِ، Velut qui ignem accendat feſtinans.

NOTÆ.

Eſt & قابس qui diſcit, *aut aliud* quid acquirit boni. *In iis rebus morâ quâdam opus eſt & patientiâ, ut quis rectè plenéque voti compos fiat. Et in genere de illo dicitur, qui in negotio plus ſatis feſtinat, aut perſunctoriè agit.*

LXXVIII.

LXXVIII.

كِلَيْهِمَا وَتَمْرًا Utrumque & dactylos.

N o t æ.

Amrus quidam, fil. Homrâni, Zjadæus, fortè præteriens amicum, ante quem positum esset butyrum, tuberis camelini adeps, ac dactyli, & rogatus butyrum ne mallet an adipem, hoc dicto respondit. Quod cessit postea in proverbium; & ferri solet, cùm quis nimium petit, aut plus quàm offertur. In accusandi casu ea nomina hîc occurrunt, vel κατὰ ὑπόνοιαν *Verbi* اطلب *vel* احب cupio, amo: *vel proverbiali phrasi quâdam; qualis sæpe occurrit.*

LXXIX.

بَخٍ بَخٍ سَاقٌ بِخَلْخَالٍ Papæ crus cum periscelide, *seu* tibia ornata compede.

N o t æ.

Vsurpare hoc solet, qui pulchri aliquid aut quid elegans summopere admiratur, aut potiùs admirari se simulat. Primamque ejus originem referunt ad Warcam Tálebæ filiam; quæ hoc mulieri à marito in conjugem superinductæ & superbiùs sese efferenti dixerit.

LXXX.

كُلُّ لَيَالِيهِ لَنَا حَنَادِسُ Universæ ejus noctes nobis caligines sunt.

N o t æ.

ليالي *à Sing.* ليلة, *seu Plurali ejus* ليال, *etiam* tempora ac dies

ac dies *significat. Si itaque dicatur*, omnes ejus dies nobis tenebræ sunt, *eo efficacior fuerit locutio; quâ significetur, quæcunque nobis ab aliquo accidunt gravia esse atque ingrata, seu mera fastidia, meros dolores.*

LXXXI.

كَانَ كُرَاعًا فَصَارَ ذِرَاعًا ، Fuit tibia & factus est armus.

N O T Æ.

A brutis desumptum, quibus hâc significatione propria sunt ista partium nomina. Ejus verò usus est, ubi ex humili loco quis altiùs assurgit; ex vili evadit eximius, & validus ex imbecilli.

LXXXII.

أَعْجَلُ مِنَ ٱلنَّعْجَةِ إِلَي ٱلْحَوْضِ

وَأَحْمَقُ مِنَ ٱلنَّعْجَةِ عَلَي ٱلْحَوْضِ ،

Festinantior ove quæ ad aquarium vadit:
Et stolidior ove quæ apud aquarium consistit.

N O T Æ.

Ovis enim cum impetu ad potum ruit; sed reverti nescit nisi abacta. Ita etiam se habent, qui cæco affectûs studio feruntur ad ea quæ impensè cupiunt; imprimis ad caduca hujus vitæ bona.

LXXXIII.

كَنَابِرِ ٱلشَّعِيرِ يُؤْكَلُ وَيُذَمُّ ، Instar præclari hordei, quod estur & vituperatur.

N O T Æ.

Ut cùm dicunt, بِئْسَ ٱلشَّيْءُ ٱلشَّعِيرُ Phy hordeum! *est ta-*

men quo fames pellitur, & multorum sustinetur vita. Eo itaque adagio uti solent, cùm traducitur quid & ceu vile contemnitur, quod tamen usum habeat minimè contemnendum.

LXXXIV.

بَيْنَهُمْ عِطْرُ مَنْشِمٍ ، Inter illos sunt Ménsjimæ aromata.

NOTÆ.

De ingenti malo dicitur, licet præ se quid boni ferat. Nam Ménsjima mulier quædam aromataria fuit in urbe Meccana: cujus aromatibus se imbuebant Arabes خزاعة وجرهم Chozaátæ & Zjurhomitæ, *inter sese prælium inituri. Quod quoties fecissent, major observata fuit extitisse clades. Vnde & aliud ortum est adagium:*

أَشْأَمُ مِنْ عِطْرِ مَنْشِمٍ ، Pejoris ominis quàm odores Ménsjimæ.

LXXXV.

رَاضِعُ غَنَمِهِ ، Lactens oves suas.

NOTÆ.

Eo designatur homo insigniter avarus, qui clanculum & solus frui gaudet bonis suis. A quopiam tractum memorant, qui sua lacteret pecora seu lactendo mulgeret: ne aliàs lactis in vas effluentis audiri posset sonus, & invitare alios ad aliquid petendum. Huic quoque non dissimile est, in hominem sordidè tenacem quadrans:

يَأْكُلُ خُلَالَتَهُ Comedit purgamenta dentium suorum. *Quæ dentiscalpiis eximuntur è dentium interstitiis,*

tiis, ne quid pereat ipsi aut decedat vel minimum.

LXXXVI.

يُضِيءُ لِغَيْرِهِ وَهُوَ يَحْتَرِقُ ، Lucet aliis & ipse comburitur.

Vel hemistichio, وَهِيَ فِي حَرِيقٍ وَضَوْوُهَا لِلنَّاسِ Incendio perit dum lucet hominibus.

NOTÆ.

Nimirum مِصْبَاحٌ lucerna *vel quid simile intelligitur. Et petitum indè adagium eos notat, qui laboribus atteruntur & studiis, dum ipsi aliis & in commune prodesse cupiunt: vel, prout Algazâli Thusensis eo utitur,* من يعلم ولا يعمل qui sciunt nec faciunt: *scilicet qui virtutis præcepta norunt, atque alios docent; at ipsi in vita sua negligunt.*

LXXXVII.

مَنْ يَرَ يَوْمًا يُرَ فِيهِ ، Qui diem viderit in ea videbitur.

NOTÆ.

Per diem, *aliudve temporis nomen,* fortuna, *ob mutabilitatem; & per* dies *sua Arabibus* celebriora prælia & victoriæ *denotantur. Sensus est itaque, qui victor extitit aliquando vincitur. Primus hoc dixisse scribitur Kélhabus fil. Sjobûbi, cùm captus adduceretur ad Háritam, atque eum dicentem audiret hæc verba:*

يَا كَلْحَبُ اِنْ كُنْتَ أَسِيرًا فَطَالَ مَا أَسَرْتَ O Kélhabe, si captivus es, certè diu est quod captivos cepisti.

 Vtrum-

Utrumque dictum abiit in parœmiam, quâ fortunæ vicissitudo significatur, nec semper prosperas homini fluere res suas, de quibus perpetuò gloriari possit. Affine est adag. XVI.

LXXXVIII.

إِنَّ ٱلْمُوَصَّيْنَ بَنُوا سَهْوَانَ ، Utique quibus commenta res est filii sunt Socordis.

N o t æ.

ٱلْمُوَصَّيْنَ *est pro* ٱلْمُوَصَّيِينَ, *juxta canonem I. literarum* ي *&* ى : *est autem* وصي *in II. Conj.* præcepit, commendavit. بنوا سهوان *sunt* بنوا ادم, filii Adami, *id est* homines. *Namque ille peculiari nomine* obliviosus & socors *Arabibus dicitur, quòd fœderis divini ac sui ipsius oblitus fuerit. Proverbii usus duplex est: vel ad excusationem, cùm quis mandatum negligentiùs curaverit, quasi innato oblivionis vitio quid condonandum sit; vel ad monitionem, ut cùm socordiæ homo sit obnoxius, eo magis advigilet, caveatque sibi ne officio desit.*

LXXXIX.

كَأَنَّهُ عَلَمٌ فِي رَأْسِهِ نَارٌ ، Ac si vexillum sit, in cujus summitate ignis.

N o t æ.

De illustri viro dicitur, cujus merita & virtutes ita eminent ut omnium concitent amorem. Hoc autem mera potius similitudo videtur esse quàm adagium. Tale etiam LXXXIII, *nec non proximè sequens est.*

XC.

XC.

إِنْ لَمْ تُصِبْ مِنْ عِطْرِهِ أُصِبْتَ مِنْ رِيحِهِ ، Si non potitus fuiſti aromatibus ejus, potitus es odore.

Notæ.

Intelligitur أَلْعَطَّارُ aromatarius : *cui aſſimilatur hîc* الجليس الصالح ſodalis amicuſve probus, *aut virtute ac doctrina præditus : quarum licet quis compos fieri nequeat, ex conſuetudine tamen fructum percipit & melior redit. Ita è contrario dicunt :*

كَٱلْكِيرِ إِنْ لَمْ يُحْرِقْ ثَوْبَكَ آذَاكَ بِدُخَانِهِ ، Ut fabri ferrarii ignis, qui licet non urat veſtem tuam, nocet tamen fumo. كير *propriè eſt* fabri ferrarii follis: *hîc per metonymiam vel ſynecdochen pro* كور *ponitur, qui* fabri ferrarii focus *eſt* ſeu fornax. *Huic autem comparatur* الجليس السوء ſocius malus ac improbus: *qui ſi fortè amicum non prorſus perdat, contaminat ſaltem ac dehoneſtat.*

XCI.

أَلْيَدُ ٱلْعُلْيَا خَيْرٌ مِنَ ٱلسُّفْلَى ، Manus ſuperior inferiori præſtat.

Notæ.

Superior manus dantis, inferior accipientis eſt. Itaque hoc idem eſt cum beati Pauli dicto, Act. XX, 35. μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.

XCII.

لَا تُرْسِلُ ٱلسَّاقَ إِلَّا مُمْسِكًا سَاقًا ، Non dimittit crus, nisi teneat ramum.

N o t æ.

Hemistichium est, petitum à chamæleonte: qui non movet loco pedem, nisi oculis primùm in omnes partes intentis, ac ramulum aliquem (nam vivere inter frutices solet) pede altero firmiter tenens. Vnde & أَحْزَمُ مِنَ ٱلْحِرْبَاءِ Circumspectior chamæleonte. *Atque ita videtur juxta sensum hunc paræmia velle, festinandum esse lentè, & non nisi attento animo & benè firmato consilio quid suscipiendum esse. Sed communi ac vulgato usu in eos usurpatur, qui haud largiuntur quicquam aut promittunt, nisi aliud quid impetrent aut petant.*

XCIII.

أَبَرِمًا قَرُونًا ، Num exsors duplam capis portionem?

N o t æ.

Quæ hîc intelligenda sors sit, in voce ميسر *Lexicon docet. Et sic* برم *est* ἀσύμβολος, periculum sortitionis fugiens, quæ pro mactandi cameli impensis ineunda fuerit. قرون *verò est*, qui binas res sociat ac simul jungit. *Hoc olim cuidam dictum memorant, qui cùm ex sortitoribus esse noluisset; de* XVIII. *partibus tamen, in quas secari solet distribuendus cameli pullus, binas sibi auferre vellet, aut convivii socius capere præ aliis duplum. Natum hinc adagium in homines accommodatur impudenter cupidos commodi*

modi lucrive, quod nullo promeruerint labore; vel juxta Nuveirium in eos, qui duobus ſimul vitiis ſeu pravis moribus laborant. Accuſandi caſum habent voces, vel quia velut modum deſignant ſubintellecto يكون es, *vel* جيت veniſti, *ſimilive voce; vel ita ferente proverbiali loquendi more. Vide ſis proverbium* LXXVIII, *& ad illud notas.*

XCIV.

سَحَابُ نَوْءٍ مَاؤُهُ حَمِيمٌ ، Nubes pluvialis, cujus aqua fervida.

NOTÆ.

نوء *eſt* occaſus ſideris ſignive Lunaris, *quod* منزل القمر manſio Lunæ *appellatur; quales* XXVIII *ſunt, de quibus Alfraganus: ſed præcipuè* occaſus ille, qui circa diluculum fit. *Inde pluviæ & mutationum aëris προγνώσεις petere Arabibus familiare eſt. Ceu adagium verò in eos fertur, quorum honeſta eſt ac blanda oratio; at facta prorſus iniqua ſunt, turpia vel immitia.*

XCV.

تَجُوعُ حُرَّةٌ وَلَا تَأْكُلُ ثَدْيَيْهَا ، Famelica ſit *licet* libera, non tamen ederit mammas ſuas.

NOTÆ.

Hoc eſt mercenaria fieri nutrix nolit, ut pretio alienum lactet infantem: quæ ظير Dhîron *dicitur, à* ظار *mediâ radicali Hamzatâ. Illud autem* mammas edere *Arabes vocant; ſcilicet locatis quaſi iis victum quærere. Adagii originem referre, ne prolixior ſim, ſuperſedebo: præſertim cùm*

cùm per ſe manifeſta ſint verba. Senſus autem ejus & uſus monet, cuique, nobiliori præſertim & ingenuo, vitandum eſſe inhoneſtum aut vile lucrum.

XCVI.

شَرَّاحٌ مَلَّاحٌ Secat & ſalit.

N O T Æ.

Arabibus Africanis familiare adagium: quo deſignatur qui diſſimulatione nullâ uſus apertè reprehendit, culpat & perſtringit eos, quorum facta vel vitia requirere id aut mereri videantur. Nomina autem Subſtantiva ſæpe vim Verborum habent: eamque intenſiorem cum Teſdîd. Vide adagium VI.

XCVII.

طُحُنْ شَزْرًا وَبَتًّا ، Moluit in ſiniſtram & dextram.

N O T Æ.

Id eſt incipiendo gyrum à manu dextra in ſiniſtram, ſeu ab interna parte ad externam; prout Arabicæ ſcripturæ ductus procedit: contrario modo agere vel movere quid, بتّ *dicitur. Hac adagiali phraſi ſignificant omnem motum fuiſſe lapidem & rem nullâ non tentatam viâ.*

XCVIII.

ثَوْرُ كَلَّابٍ فِي ٱلرِّهَانِ أَقْعَسُ ، Taurus Kellâbi in certamine poſtremus eſt.

N O T Æ.

Fuit ille Kellâbus Rabîæ filius, Kaiſita, homo fatuus & inſulſus

sulsus, qui ubi deposito pignore certandum esset equestri cursu, juvencum conscendit taurum. اقعد *Superlativum est à* قعيد, *quod* tardum *notat*, & qui retro manet, nec sequi potest. *Sententia adagii est, perversi consilii sinistrum & ridiculum esse successum: aut in eum spectat, qui proponit sibi facere quid quod fieri non possit.*

XCIX.

ثَارَ حَابِلُهُمْ عَلَى نَابِلِهِمْ Irruerunt retiarii eorum in jaculatores.

NOTÆ.

Pluralia per Singularia denotari vulgatum est; præsertim in adagiis & gnomis. Est autem حابل & نابل qui rete habet, & sagittas; *sed etiam* qui tendit immittitve rete, & qui telis confodit. *A venatoribus petitum adagium discordiam significat & tumultum; vel confusione turbari res, ubi maximè esse expeditas oporteat.*

C.

حَلَّقَتْ بِهِ عَنْقَاءُ مُغْرِبٍ Avolavit cũ eo gryps Occidentis.

NOTÆ.

Legitur quoque مُغْرِبٌ & مُغْرِبَةٌ, *scilicet* peregrina *avis*, & procul asportans prædam, *vel* è longinquo veniens. *Occidentis autem dicitur, quòd eam in Africa, nempe australi, apparere tradunt. Sæpius tamen absolutè* العنقاء *vocatur: & quidem à* collo, *propterea quòd albam huic torquem inscribunt, teste Demirio. Nisi fortè ab Hebr.* עֲנָק *quis deductum malit; quòd eodem gryps loco habeatur inter aves,*

P *quo*

quo inter homines ſit gigas. Gryphem autem ſuum Orientis gentes totâ corporis formâ ſimilem aquilæ deſcribunt; non quadrupedem, & poſticâ parte leonis inſtar, qualem deſcribunt Græci & Latini. Quæ de العنقاء *Cazvinius & alii referunt avium omnium maximam eſſe, atq; ab ea elephantum aut rhinocerota capi, ut murem à milvo; idem de* الرخ Rochcha (Ruc *Paulo Veneto lib.* III. *cap.* 40.) *habet Camuſus, aliiq;. Ita ut eandem eſſe putem utramque, & nominibus differre tantùm: quorum poſterius acceptum ſit ab Indis; quo idcirco æquè utuntur Perſæ, propriâ linguâ* سيمرغ Sîmorg *dicentes, quaſi* argenteam avem, *quòd talis ei tribuatur color. Sed quæ Arabum plerisq; fabuloſa cenſetur:* من الالفاظ الدالة على غير معني, *ait Demirius*, ex iis quæ dicuntur, at nihil denotant; *ſive, ut Nuveirius ait,* معروف الاسم مجهول الجسم cognita nomine, incognita corpore. *Quapropter pro ſymbolo eſſe ſolet rerum, quas reperire ſit impoſſibile, aut quàm difficillimum. Ita &* اصطياد العنقاء Venari gryphem *dicitur. Adagium antè propoſitum deſignat rem quamcunque, cujus nulla ſpes ſit recuperandæ vel obtinendæ. Verba ipſa petita videntur ex poëtæ verſu:*

اذا ما عبد الله خلي مكانه فقد حلقت بالجود عنقاء مغرب

Quando vacuus evaſit Abdallæ locus, beneficentiam abſtulit gryps Occidentis.

Sed

Sed ne أَبْعَدَ مِنَ ٱلْعَنْقَاءِ longiùs quàm ubi gryps ſit, *videamur provehi, quod proverbium vetat; cum impletâ jam centuriâ hîc nobis commentandi finis eſto. Adagia autem, quæ illâ ipsâ continentur, penè omnia ejusmodi fuêre, ut cùm Arabibus propria ſint, vel à propriis quaſi eorum rebus petita, vix intelligi potuerint citra ſcholiorum opem. Nunc vice versâ, faciliorum & communium, quæ forſan gratiora erunt, ſeries ſubſequatur: ubi nudâ ac ſimplici verſione præire ſufficiat; & quod ultra eſt, ſive linguam, ſive adagii cujusque uſum ſpectans, Arabizantium ſtudio & ingenio commendari forſitan haud paulo utilius fuerit, quàm ſuis à me gloſſematis illuſtrari.*

I.

فِي ٱلْقَمَرِ ضِيَاءٌ وَٱلشَّمْسُ أَضْوَاءُ مِنْهُ ، In Luna lumen, at lucidior Sol eſt.

II.

عِنْدَ ٱلرِّهَانِ تُعْرَفُ ٱلسَّوَابِقُ ، Tempore ſponſionis cognoſcuntur velociores equi.

III.

Nomen quidem ipſum أَلْقُرْآنُ Lecturam *notat, ſive potiùs τὸ ἀνάγνωμα &* Legendum; *nempe quòd legi debeat. Neque ita duntaxat integrum appellatur opus; ſed etiam quodvis caput ejus ſectiove quæcunque: eâdem prorſus ratione & uſu, quo ejuſdem originis nomen* קְרָאָה *vel* מִקְרָא *Iudæis deſignat & Scripturam totam & partem ejus particulamve. Atque ſic in Corano ſæpe Corani mentio occurrit; quod aliàs meritò videatur abſurdum eſſe. Ideoque minùs rectè alii putant à* colligendo, *quæ & radicis notio eſt, Coranum eſſe dictum: niſi hoc de toto peculiariter opere intelligant, prout ex pluri-*

bus

bus Capitibus seu particularibus Legendis, ut vocant, simul comportatis constat. Ut quæ Muhammedis socer & successor Abubeker, veritus ne ea per homines dispersa, & solis ferè eorum pectoribus inscripta, ut Almacinus inquit Hist. Sarac. lib. 1. cap. 2. perire contingeret aut corrumpi, collegit omnia & in unum corpus redegit: quod & المصحف Almoshaph Libri *sive* Codicis *generali nomine insignivit; quemadmodũ* Scripturam sacram Βιβλίον *vocarunt Græci. Neq; tantùm proprio illo nomine* القران Coranus *dictus fuit; sed etiam simili altero* الفرقان Phorcânus. *Quod etiam petitum potiùs crediderim à* פֶּרֶק *aut* פִּירְקָא, *quæ Iudæorum usu* Sectionem legendam, & *idem quod* קְרָאָה Lectionem *notant; quàm quòd dividatur* Phorcanus *in capita sua, vel quòd dividat & distinguat inter justum & injustum, verumq; & falsum, ut ajunt. Siquidem hæ significationes nimis communes & laxæ videntur, quàm ut inde speciale ejusmodi & proprium nomen derivetur.*

Sunt autem Capita illa composita ex pluribus segmentis: quorum pleraq; fuêre desumpta tum ex Sacris literis, at sæpe perperam intellectis, immutatis, vel detortis; tum ex iis rebus, quæ apud Christianos, Iudæos, vel Paganos, sive receptâ traditione, sive etiam errore aut hæresi quâdam obtinebant.

Styli genus breve est & concisum, phrasi non inelegans, sæpe figuratum, flosculis & sententiis subinde aspersis. Primarium tamen dictorum sensum & scopum haud rarò obscuritas involvit. Præsertim cùm multis locis hoc potiùs quæsitum esse videatur, ut consonis extremis syllabis periodi congruerent, quàm ut rerum nexu & sequelâ cohærerent. Nec minùs ibi frequens est, priori contrarium quasi, vitium tautologiæ; dum iisdem verbis eadem argumenta, exempla, & sententiæ penè ad nauseam recurrunt, diversis temporibus & locis à Muhammede adhibita ac sæpius repetita.

Et ta-

Et tamen Libri istius omnia pro oraculis & ipsis loquentis Dei verbis prodigiosè obtrusa fuerunt, & suscepta per ingentes Orbis tractus: non tamen sine justissimo Dei permissu.

Quod authore & auspice Muhammede, ex nobili Coreisjitarum familia Arabe Ismaëlitâ, primùm tentatum fuit. Ille parentibus licet idololatris natus, tamen non Paganos tantùm, sed Iudæos quoque & Christianos frequentabat: inter eos etiam cognati erant, pro illo sæculo non indocti & intelligentes. Per quos, uti & religiosos quosdam in Syria homines, quò juvenis bis profectus fuerat, facilè potuit religionis cujusque sacra cognosse: quamvis illiteratum aliàs fuisse, atque adeò idiotam, & modò pastorali vitæ, modò mercatoriæ operam dedisse scribant. Tandem post tenuioris fortunæ sortem, ex conjugiis & aliunde amicorum opibus & potentiâ auctus, ut audaci erat animo & prompto ingenio callidoque, aspirare ad principatum cœpit. Itaque quadragesimo ætatis anno, qui octavus erat post sextum sæculum à nato Christo, divini numinis afflatum præ se ferens capita Corani, de quibus dixi, cælitus quasi per angelum Gabrielem accepta, impertire aliis instituit atque approbare. Initio quidem toto quadriennio clanculum, deinde etiam palam ea tradidit in patria urbe Meccensi: postea verò cùm sibi metuens, in primis à suis Coreisjitis, ex ea profugisset anno Christi 622, Medinæ (quæ Iatrippa Ptolomæi est) in Arabia Petræa quàm liberrimè promulgavit; etiam per conciliatos sibi adjutores, & hostibus indicto bello. Quare & ipsa illa capita appositis duarum harum urbium nominibus in Corano distinguuntur: ad varios temporum istorum casus & eventus, tum privatos tum publicos, directa plerumque & accommodata.

Huc autem spectasse res videtur universa, ut triplicis religionis homines, quibus Arabia populosa abundabat, fere com-

commiſti inter ſe & ſine ducibus palantes, (majori ex parte pagani erant; pauciores verò Iudæi & Chriſtiani, iiq; ferè devii à vero & recto) ad unius, æterni, inviſibilis Dei, cujus poteſtate facta ſint omnia, & quæ non ſunt fieri poſſint, ejuſdemque ſummi Rectoris & Iudicis, Domini abſoluti, communem agnitionem & cultum, certis ritibus legibusque, antiquis & novis, ſignatum ac ſancitum congregari poſſent; propoſitis temporalibus & æternis tum præmiis tum pœnis. Vtque ſimul Muhammedi, tanquam Prophetæ & miſſo Dei Legato, qui poſt præcedentium ſæculorum monitiones, promiſſa & minas, tandem quoque vi ac armis religionem Dei, ut loquuntur, in terris ſtabilire deberet & propagare, atque ita ſupremo in divinis rebus Antiſtiti, & in humanis Imperatori, omnes ſubjicerentur & parerent.

Capita autem iſta, prout Corano comprehenſa exſtant, numero ſunt CXIV. *Quorũ quidem primum pro operis quaſi auſpicio præfixum eſt, & pro brevi quadam ac communi formula precationis. Cætera autem eo diſpoſita ordine, ut prolixiora quæque præcedant, &* XXII *prima plus quàm dimidium impleant Codicis univerſi. Vnumquodq; eorum* سورة Soura *ſive* Sora, Sura *aut* Súrata *dictum fuit, ceu propriâ voce quâdam & rariſſimi aliàs uſûs: quæ uti Rabbinorum* שׁוּרָה *vel Hebr.* תּוֹרָה Ordinem, ſeriem, *vel* partem ordinatam *denotat: qualis eſt lapidum ſtrues una vel linea in muro, & in ſtructa acie verſus vel jugum. Et quemadmodum Lex Moſaïca ſive Pentateuchus in* LIII סְדָרִים, *quod ejuſdem ſignificationis nomen eſt, ſive ſectiones & capita dividitur; quorum cuique impoſitum peculiare nomen, quod primum ſit in textu occurrens, vel quod præcipui ſit ſubjecti, argumenti, vel inſtituti, de quibus pòſt agatur: ſic quoque deſcriptus eſt Coranus in Súratas ſuas, ſimilibus quoq; vocibus notatas & diſtinctas. Ita prima*

 omnium

omnium proprio velut nomine سورة فاتحة الكتاب *appellata fuit, & simpliciter* الفاتحة , Surata apertrix Libri, *sive* initialis, auspicalis: *secunda* سورة بقرة *à* Vacca *denominata; quia ibi agitur de vacca illa rufa, cujus mentio fit Num. cap.* XIX. *Ita quoq; Surata* XXXI, *mox explicanda*, سورة لقمن *inscribitur; quòd in eâ de Locmâno referuntur quædam. Itaque hâc etiam parte religio Muhammedis, ut aliarum velut simia quædam est, Iudaïcam imitata videtur. Et sicuti Iudæi* מִשְׁנָה *suam sive* Legem secundariam *olim divisam habuere in* LX מַסֶּכְתוֹת *quasi* Tractatus : *ita Muhammedani quoque suum distribuunt Coranum in* LX احزاب Partes; *at quæ magnitudine fere æquales existunt, & in suos singulæ quadrantes dissectæ. Sunt tamen, qui totum dividant in* XXX اجزاء Portiones; *nempe duplo majores, earumq; singulas in similes quadrantes.*

Cuique verò Suratæ sua quoque sunt Commata sive segmenta, quæ ايات Ajâton, *Hebr.* אותות, Signa *dicuntur: hoc est* arcana Dei, ejusque attributa, opera, judicia, & jussa; *quæ commatibus illis versiculisve designantur. Quot autem ejusmodi commatibus Surata quævis constet, Titulo adscriptum cernitur: at quæ reipsâ discernere non æquè sit obvium; præsertim si quando, ut sæpe fit, plura comprehendat brevior contextus. Tum quoque contingit pro Codicum diversitate Capitibus quibusdam tribui diversum Versiculorum numerum. Namque septem celebrantur, ne & hoc ignoretur, Codices primarii & antiqui, non tam textu ipso, quàm eâ inscriptionis parte discrepantes: nimirum Medinensis prior, & posterior, Meccanus, Cufensis, Basrensis, Syriacus, & Communis quidam. Primo sunt in universum Suratarum omnium commata 6000, secundo & quinto 6214, tertio 6219, quarto 6236, sexto 6226, denique septimo 6225: at omnes continere feruntur totidem dictiones, nempe*

77639;

77639; totidemq; literas, nempe 323015. Exemplar tamen Corani nullum in ſua gente extat, quoad ſcrutando cognovi, ubi Suratarũ commata adſcriptis ſuis numeris ſint diſtincta. Quod ita exactè definire, religio, ut puto, per ſe vetat: tũ quia fieri vix poſſet citra diſſenſum. Sed cùm ea tamen res multiplicis eſſe uſûs videretur, id datâ operâ effeci, ut exemplar haberẽ quod Arithmeticis commatum notis inſtructum eſſet.

Poſt communem illam, de qua jam dixi, Capitum inſcriptionem, cuique ſubjuncta ſequitur hæc boni auſpicii formula, بسـم الله الرحمن الرحيم In nomine Dei miſeratoris miſericordis, *& à prima voce* التسمية, *technicéque* البسملة Albiſmilla *dicitur. Ea quidem Muhammedis aſſeclis velut proprium quiddam exiſtit, & religione præmitti ſolet ſeriis quibusque operibus vel ſcriptis: ut fere Iudæis ſolenne eſt ſuum* בְּשֵׁם ׳׳ In nomine Iehovæ *vel* אֵל הַגָּדוֹל Dei magni, *aut quid ſimile; atque ſuum Chriſtianis,* In nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti. *Quibus ceu teſſeris quibuſdam religionis cujusque ſcripta diſcerni ab aliis poſſunt. In omnibus manifeſta eſt ellipſis Verbi, quo propoſita denotetur actio Formulam uſurpantis. In Arabico hoc dicto id peculiare animadvertunt Corani interpretes, quòd ex voce* اسم *hîc frequentioris uſûs ergô excidat* ا *Vnionis, & in ejus ſupplementum producatur vinculum ſequentis literæ* س*: quod & religione fieri quidam volunt; nam etiam alibi productione ſpatii reverentiam teſtantur. Arabum philologis quidem hæ duæ voces* رحمان *&* رحيم *pro ſynonymis habentur, ut* ندمان *&* نديم pœnitens: *veruntamen ita combinatæ majorem habent energiam, ut ſit* ſummè miſericors. *Quin juxta Beidavæum, celebrem interpretem, aliosque, ſingulares per ſe voces literis auctiores etiam augmentum important ſignificationis. Ita &* رحمان *majorem bonitatis perfectio-*

 nem

nem notat, internam nempe & essentialem; vel quæ communis sit, in credentes atque incredulos diffusa; رحيم *verò externam, & suo perceptibilem effectu; vel particularem, quæ ad solos pertingat fideles. Et paraphrasis Persica, quæ Hoseinica vocatur, ipsam amoris divini emanantem in creaturas beneficentiam spectans, in hac formula per* الرحمان *intelligit, ut essentiam iis Deus & vitam impertit; per* الرحيم *autem, ut sustentat eas & conservat.*

Quod quidem Symbolum, & ipsas Capitum inscriptiones, de quibus diximus, non minùs quàm ipsum Corani textum, ne quid superstitionis desit, cælitus tradita esse statuunt Interpretũ & Antistitum plerique; juxta commune axioma suum, ما بين الدفتين كلام الله Quidquid inter duas est Libri tabulas, *seu pegmata quibus continetur*, Verbum Dei est. *Sunt tamen, qui illa esse aliunde & extranea existiment, non ipsa autem santis Dei verba. Quin Beidavæus, laudatus Interpres, formulæ hujus Coranicæ ellipsin ita explet;* اقرا بسم الله Ak,rao Bismi 'llâhi, *(ita vocales in meo Codice expressæ)* Legam vel lego in nomine Dei *&c. Nisi quis idem* اقرا *formâ Imperativi* Ik,rà, *id est* Legito, *hîc effe-rendum contendat: prout initio Suratæ* XCVI, الغلف *inscriptæ, suis vocalibus notatũ extat; nempe* اقرا باسم ربك Ikrà Bismi Rábbica, Lege *ô Muhammed* in nomine Domini tui. *Hanc verò* XCVI *Suratam quidam volunt omnium primam fuisse, quæ ad Muhammedem, lectionis etiam tunc ignarum, pervenerit. Vnde ejus supplementi notio in reliquum Coranum, ubi* بسم الله الرحمن الرحيم *ante Suratas occurrit, quasi dimanasse videatur. Quod tamen de eâ formulâ Suratam eandem præcedente convenienter dici nequit.*

Post hæc proximè sequitur ipse Capitum sive Suratarum contextus: quarum initia فتايح القران *vocantur. Ea quidem*

dem in XXIX *Capitibus ſunt Arabicæ literæ quædam: ſcilicet modò una & ſolitaria, quæ ſunt* ق, ص, *&* ن; *modò duæ ſimul junctæ*, طه, طس, يس, *&* حم; *aliis Capitibus tres præfiguntur, nempe* الم, الر *&* طسم; *quibuſdam quatuor* المر *&* المص; *denique aliis quinque*, كهيعص *&* حم عسق. *Has Corani proprias eſſe notas, & myſteriorum indices, ſed quorum vera intelligentia ac certa mortalium nulli præterquam Muhammedi conceſſa fuerit, uno ore confitentur aſſeclæ ejus omnes, etiam intelligentiſſimi. Ubi tamen aliquam conjecturæ libertatem ſibi permittunt, ſtatuentes ſingulis ſeorſim literis denotari aliquid peculiare :* *quare &* الحروف المقطعة Literas ſeparatas & ſingulares *appellant. Quibus ceu ſiglis vocumve compendiis, vel notis numericis, vel (quod longiùs petitum) pro ipsâ ſuâ ut literæ ſunt naturâ, deſignentur arcana Dei; nempe attributa ejus & opera, vel mandata, vel decreta & res futuræ. Ideoque myſticæ eædem literæ, non minùs quàm ipſa Suratarum commata, etiam* ايات Signa *in Corano nominari videntur. Atque ita Suratæ mox ſequuturæ pro initio eſt hæc nota* الم: *quæ & Súratæ ſecundæ, & tribus aliis tributa fuit. In qua explicanda, uti quoq; in cæteris notis, admodum variant Interpretes, nec uno loco unum hariolantur ſinguli; ut quò ſe vertant, revera neſciant. Quippe innui conjiciunt, per hoc ipſum* الم, *vel* الله لطيف مجيد Deus clemens eſt, glorificandus; *vel* انا لي مني Mihi & à me, *nẽpe omnis mihi eſt perfectio (aut omnia mea ſunt) & omnis à me eſt beneficẽtia; vel* انا الله اعلم Ego Deus ſum ſapientiſſimus, *ubi* ا *prima notæ litera eſt prima di-*

 ma di-

ma dictionis primæ , ل *media mediæ ,* م *ultima dictionis ultimæ: vel* الله جبريل محمد Deus, Gabriel, Muhammed, *id est Deus per angelũ Gabrielẽ inspiravit Muhammedi, & revelavit arcana sua; vel sicuti litera* ا *pertinet ad organorũ vocaliũ principiũ, sc. imum gutturis,* ل *ad mediũ, &* م *ad extremũ sive labia, ita Deum esse principiũ, mediũ, & finem, vel eundem in principio, medio & extremo dictorũ factorumq; esse laudandũ; vel annorũ* LXXI *(quẽ numerũ* الم *conficiunt) spatio novũ hoc Religionis imperiũ absolutum fore. Vel quid aliud effingunt, quod convenire videatur Suratæ cujusq; argumento; eâdẽ incertitudine omnia. Quidni & alii cõjecerint, hanc eandẽ siglã à notario, quo ad describendũ Coranũ usus sit Muhãmed, appositam fuisse, quæ valeat* امر لي محمد Mandavit mihi Muhammed? *quemadmodũ & Súratæ* XIX*æ nota* كهيعص*, ex qua non unum mysterium eruunt Corani cultores , simplici & obviâ conjecturâ exponi posset per* כה יָעַץ Ita præcepit, *tanquam à scribario Iudæo adjectum, vel saltem Hebraicè docto.*

Hic est famosi nominis Coranus ille , quo tanquam Circæo poculo fascinatæ sunt tot gentes, indè ab Arabia adusque Gades & usque Sinas. Quibus persuasum, nihil in Orbe sanctius extare , nihil sublimius , nihilque pari veneratione dignum : adeò ut apographum vel extremis digitis attingere nefas sit, nisi quis sacrâ lotione mundus accesserit. Ideoq; ne per imprudentiam hîc peccari contingat, coriacei involucri , in quo liber sit compactus, protensiori labro, quod ipsi لسان الكتاب Linguam libri *vocant, in mediâ anteriori parte imprimi solent hæc verba :* لا يمسه الا المطهرون Non contingent eum præterquam lustrati. *Quæ quidem verba Coranus de se ipso tradit ; integro nimirum & juxta partes omnes in volumen comprehenso : neque enim iis seorsim & à toto separatis ejusmodi habetur religionis honos. Mirum verò & hoc videatur,*

Cora-

Coranum in Corano efferri adeò & commendari; quemadmodũ initio de nominis mentione diximus. Quapropter communis & vulgata eſt opinio, ut illud quoque addam, multa quæ ad Coranum & Muhammedem pertinent, ante eventum in Corano præfinita fuiſſe: totumq; ſimul ab angelo Gabriele traditum Muhammedi, cùm renunciaretur Legatus Dei; eundemque, ut ſpecioſis rebus gaudens ſuperſtitio affinxit, in ſerico conſignatum, auro gemmisque contextum, ex Paradiſo omnibus: quæ tamen ſpiritualiter accipienda eſſe, & afflatûs divini animo impreſſi parabolam eſſe ſapientioribus placet.

Præfatione hâc defunctus (venia digreſſo detur) nunc ejuſdem Corani promiſſum caput exhibebo, cum uberiore explicatione: quam ferè κατὰ πόδα *reddere viſum fuit ex Perſica paraphraſi, ad nos delata ex Mogolorum regno. Hanc quippe omnium, quas vidiſſe mihi contigit, maximè perſpicuam judico, & præcipuorum interpretum medullam. Tum & Arabico textui præter verſiculorũ numeros apponentur in altero margine variantes lectiones, quæ peculiarem habuere ſemper authoritatem ex antiqua doctiorum criſi. Eos nunc ſigillatim memorare nihil attinet. Primarii ferè pro memoratis ſuprà Codicibus ſeptẽ ſunt, quorum lectiones* الروايات السبع Allegationum ſeptem *nomine celebrantur. Vniverſa autem penè varietas illa in vocalibus conſiſtit: quas, ut poſteriores & externas ſcriptionis partes, veriſimile videtur literatorum antiſtitum conſenſu eſſe adjectas, tunc demum cùm aliquandiu Coranus fuiſſet divulgatus. Indè eſſe quis facilè dixerit duorum codicum quæ poſſideo fragmenta quædam, in membranis exarata vetuſtiſſimo charactere, qui ante ſæcula exolevit: ubi nullæ prorſus vocales comparent. Communis verò lectio vulgato textu expreſſa, Meccenſis & Medinenſis eſt. Sed de hiſce rebus aliàs, ſi volet Deus, plenius acturi ſumus.*

سُورَةُ لُقْمٰنَ مَكِّيَّةٌ ثَلَاثُونَ
وَأَرْبَعُ آيَاتٍ *

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ *

١ الٓمٓ تِلْكَ آيَاتُ ٱلْكِتَابِ ٱلْحَكِيمِ ،
٢ ٣ هُدًى وَرَحْمَةً لِلْمُحْسِنِينَ ، ٱلَّذِينَ
يُقِيمُونَ ٱلصَّلٰوةَ وَيُؤْتُونَ ٱلزَّكٰوةَ وَهُمْ
٤ بِٱلْآخِرَةِ هُمْ يُوقِنُونَ ، أُولٰئِكَ عَلَى
هُدًى مِنْ رَبِّهِمْ وَأُولٰئِكَ هُمُ ٱلْمُفْلِحُونَ ،
٥ وَمِنَ ٱلنَّاسِ مَنْ يَشْتَرِي لَهْوَ ٱلْحَدِيثِ
لِيُضِلَّ عَنْ سَبِيلِ ٱللَّهِ بِغَيْرِ عِلْمٍ لِيَضِلَّ
وَيَتَّخِذَهَا هُزُوًا أُولٰئِكَ لَهُمْ عَذَابٌ وَيَتَّخِذُهَا

Caput XXXI, *in quo mentio fit* LOCMANI, in urbe Mecca traditum, & constans triginta quatuor versibus.

In nomine Dei miseratoris misericordis.

1 الم Hæc signa sunt (*nempe sequentes versiculi, vel*
etiam literæ præcedentes) Libri, *id est Corani*, sapientis, *seu*
sapientiam continentis: 2 In rectū *quem designat* ductū,
& in misericordiam, *Dei misericordis donum, vel quæ ho-*
minibus patefiat, bene facientibus. 3 *Nempe* qui ritè per-
agunt precationem, & pendunt *de opibus suis* debitam
Deo portionem, existentes de futura vita certissimi, *cre-*
dentes resurrectionem carnis, & sua bonis parata esse præ-
mia, malisque suas pœnas. 4 Illi in via recta *diriguntur*
à Domino suo, illique salvi ac felices *sunt.* 5 Hominum
quidam est, qui coëmit ludicrum fabulæ genus, *histo-*
rias frivolis rebus & vanis illecebris refertas, utilibus ex-
emplis monitisque vacuas, ut seducat *populum* à semita
Dei, *à religione & cultu ejus, vel ab auditu & lectione Co-*
rani, absque scientia ulla, & *demonstratione, vel ut ipse ne-*
sciat quantum in eo sit mali, habeatque eam *Dei semitam*
ludibrio, & *contumeliæ exponat.* Illi sunt quibus (Illi
turbæ) *futura est* pœna probrosa, *contemptum pariens*
illo ipsorum contemptu longè graviorem; scilicet captivitas
& cædes in hac vita, atque infernale tormentum in altera.

NOTA. Voces literis capitalibus, ut vocāt, expressas esse Arabicas: ubi Latin' fuit adhibitus character, concinnæ inter regulas æqualitatis servādæ ergô; propterea quòd tam minutæ Arabicæ literæ nō essēt in promptu.

Vers. 1. 'LHACÎMI] *vel activè, pro* ALHACIMI, judicantis, *quid fas & nefas sit; vel passiv. pro* ALMÓHCEMI, certi, *aut* firmi & solidi, *ubi nihil desit.* Beid. Hos.

Vers. 5. Hominū quidam] *Is scribitur fuisse Nadar fil. Harit, qui ex Persia attulerat historiam Rustemi & Isfendiari, heroum Persicorum, atq; eam in conciliabulis Coreisjitarum recitabat, de veterum Persarum potentia & splendore multa jactans. Atq; ejusmodi res longè præferebat iis, quas de Aditis & Themiditis, (duabus Arabum antiquorum tribubus, ad quas missi Prophetæ Hud & Salih) nec non de Davidis & Salomonis regno prædicaret Muhammed. Et hunc ob casum divinitus missa fuisse tradunt sequentia Corani verba.* Beid. Hos.

٦ مُهِينٌ ، وَإِذَا تُتْلَى عَلَيْهِ آيَاتُنَا وَلَّى

مُسْتَكْبِرًا لِأَنَّ لَمْ يَسْمَعْهَا كَأَنَّ فِي أُذُنَيْهِ أُذُنَيْهِ

٧ وَقْرًا فَبَشِّرْهُ بِعَذَابٍ أَلِيمٍ ، إِنَّ ٱلَّذِينَ

أَمَنُوا وَعَمِلُوا ٱلصَّالِحَاتِ لَهُمْ جَنَّاتُ

٨ ٱلنَّعِيمِ ، خَالِدِينَ فِيهَا وَعْدَ ٱللَّهِ حَقًّا

٩ وَهُوَ ٱلْعَزِيزُ ٱلْحَكِيمُ ، خَلَقَ ٱلسَّمٰوَاتِ

بِغَيْرِ عَمَدٍ تَرَوْنَهَا وَأَلْقَى فِي ٱلْأَرْضِ

رَوَاسِيَ أَنْ تَمِيدَ بِكُمْ وَبَثَّ فِيهَا مِنْ

كُلِّ دَابَّةٍ وَأَنْزَلْنَا مِنَ ٱلسَّمَآءِ مَآءً

فَأَنْبَتْنَا فِيهَا مِنْ كُلِّ زَوْجٍ كَرِيمٍ ،

١٠ هٰذَا خَلْقُ ٱللَّهِ فَأَرُونِي مَاذَا خَلَقَ

ٱلَّذِينَ مِنْ دُونِهِ بَلِ ٱلظَّالِمُونَ فِي

6. Et cùm illi, *qui fabulas comparat & amat*, præleguntur signa nostra, *id est commata Corani*; faciem avertit superbiens, *neutiquã ea curans*, ac si non audiret, ac si in auribus ejus sit gravitas, *ut audire non possit*. Itaq; annunciato illi *loco Euangelii, quod aliàs audiret, terribile quid, nẽpe* pœnã dolorificã. 7 Verùm qui credunt *in Deũ & Legatum Dei*, atque opera faciunt bona; illis *parati sunt* horti deliciarũ, *hoc est deliciæ Paradisi :* 8 Futuris ibi æternùm beatis, juxta promissionẽ Dei verã & efficacẽ: namq; ipse Potens est, *omnib⁹ superior; cui nihil obsistit, aut deficit ad exequendũ quod velit, quæq; promittat aut minetur:* Sapiens, *qui perfectissimis rationibus efficit omnia, perficitq; promissa sua, & cunctis numeris ac partibus absolvit.* 9 Condidit cœlos sine ullis columnis, quas videre possitis, *(vel* quos *cœlos in altum expansos* cernitis.) Injecit autem terræ firmos montes, ne se moveat vobiscum, *navis instar quæ insistit aquæ.* Et propagavit in ea quodvis genus gradientis animalis, *cujusq; generis animalia.* Et demisimus *soli nos, nec quisquam alius*, de cœlo aquam; atq; ita germinare in ea *terra* fecimus omnem speciem *plantæ* bonam & utilẽ. 10 Hoc *omne, cœlum terra, montes, animalia, aquæ, plantæ,* creatura Dei est. Itaq; ostendite mihi quidnã creaverint qui sunt præter me: *nimirum idola, & quidquid juxta verũ Deum adorant Infideles.* Quin injusti illi, *qui omnipotenti Deo consortem faciunt impotentem creaturam*, in errore

Vers. 9. ALKA'] *etiã peculiariter de* jaciendo fundamento *dicitur.* 'RRAWA'SIA] à RESÂ *quod est* firmũ & stabile esse, *propriè notat* firmamenta, stabilimenta. *Ita ut Hebræa vox* מְכוֹנִים *ex Psalm.* CIV, (*quã Chal. per* בְּסִיסִין bases *reddit*) *hîc expressa videatur. Sed Corani interpretes, quotquot vidi, & alii, Arabicâ voce pecul. significari volunt* firmos montes.

AN] *pro* CIRA'HATAN AN nolendo ut, *id est* ne, *tũ hîc, tũ alibi in Corano, negativè usurpatur; cùm propriè affirmet, &* quòd *vel* ut *valeat.* TEMÎDA] *idem est cum Hebr.* תָּמוֹט, commoveatur, nutet, vacillet, *nempe* ت *posito pro* ט ; *quod & alibi fit. Atq; ita hisce Corani verbis prorsus redduntur verba vers. 5, Psal.* CIV. יָסַד אֶרֶץ עַל מְכוֹנֶיהָ בַּל תִּמּוֹט Fundavit terram supra bases ne commoveatur : *& quoniã juxta Psalm.* XLII, 2. fundatam esse terram supra maria & aquas *vulgatum esset; id quidem per montes fieri Corani interpretes putârunt, à montibus petentes aliquam æquilibrii causam : quare scilicet tellus elemento aquæ conjuncta, ejusdem motu non vacillet. Sed ejusmodi in Psalmis phrasi non aliud innuitur, quàm terram supra maria & flumina eminere, arcis in modum sive habitaculi, quod fundamento & basibus superstructum exstat.*

١١ ضَلَالٍ مُبِينٍ ، وَلَقَدْ آتَيْنَا لُقْمَانَ
الْحِكْمَةَ أَنِ اشْكُرْ لِلَّهِ وَمَنْ
يَشْكُرْ فَإِنَّمَا يَشْكُرُ لِنَفْسِهِ وَمَنْ
١٢ كَفَرَ فَإِنَّ اللَّهَ غَنِيٌّ حَمِيدٌ ، وَإِذْ
قَالَ لُقْمَانُ لِابْنِهِ وَهُوَ يَعِظُهُ يَا
بُنَيَّ لَا تُشْرِكْ بِاللَّهِ إِنَّ الشِّرْكَ
١٣ لَظُلْمٌ عَظِيمٌ ، وَوَصَّيْنَا الْإِنْسَانَ
بِوَالِدَيْهِ حَمَلَتْهُ أُمُّهُ وَهْنًا عَلَى وَهْنٍ وَهَنًا وَهَنٍ
وَفِصَالُهُ فِي عَامَيْنِ أَنِ اشْكُرْ وَفَصْلُهُ
لِي وَلِوَالِدَيْكَ إِلَيَّ الْمَصِيرُ ،

manifesto sunt. 11 Equidē largiti sumus Locmâno, *Baôræ*
filio, homini per se despecto ob corporis formā & fortunâ man-
cipio vili, sapientiā, *in genere quidē benè judicandi, apposité*
& acutè loquendi, & prudenter agendi facultatē; specialiter
autē hoc etiā instinctu ac monitu, nēpe gratias age Deo *pro*
ejusmodi dono : & quicunq; gratias agit, duntaxat agit eas
sibi ipsi ; *quippe ad Deū indè haud ulla fit boni accessio, sed*
ad gratum redit gratiæ suæ fructus, beneficii perennitas, &
augmentum. Quicunq; verò ingratus fuerit, *beneficia quæ*
accepit nō agnoscens se ipsū defraudat, utiq; Deus sibi suffi-
ciens est, *nullius indigens*, laudatus *per se, etiam laudante*
nemine: quanquā omnia quæ existunt gloriā illius prædicēt
بلسان الحال status sui linguâ. 12 Et *quoq; sapientiā de-*
dimus, vel quæ eâ fuerit memento ô Múhammed, cùm dixit
Locmân filio suo, *(cui nomē* انعم *An,am) juxta alios* متان
Matân erat, monitis eum instruere cupiens: ô filiole mî,
dulcissime fili, ne tribue consortē Deo ; *sed unū & unicum*
venerare: namq; juxta Deum adorare quid, profectò ini-
quitas magna *est, peccatū magnū, creatori scilicet æquipa-*
rare creaturā. 13 Precepimus homini de parentib⁹ suis, *ut*
honoret eos: quem gestavit mater sua languore addito lan-
guori, *cū multa molestia:* & *pòst sequuta est* ablactatio ejus,
lactati per duos annos. *præcepimus dicentes*, utiq; gratias
age mihi, & parentib⁹ tuis, *iisq; referre stude quas pro bene-*
ficiis acceptis debes. Ad me abitus *est reditusq; omniū; pro-*
videntiæ meæ & judicio cuncta subsunt, ut pro grati animi
pietate, & pro impietate idololatriæ, quod dignū sit cuiq; re-
feratur. 14 Sin

Vers.11. Locmân cognomēto ALHACIM *Sapiens celeberrimi in Orientenominis est, in primis apud Múhammedicas gentes. De quo pro diversis doctorum sententiis multa narrant Zamáchsjarus, Beidavæus, & Persicus paraphrastes, aliiquē. Hoc plurium consensu proditū, tempore Davidis vixisse inter Israëlitas, ex Habassinorū regione, sive Æthiopia sub Ægypto, servum; tam pulchrum liberali ingenio, & judicii acumine præstantem, quàm aspectu corporis deformem. Eundem cum eo esse, qui Græcis à nigricante colore Æsopus dictus, (namque nomen hoc & Æthiops idem sonant) tum descripto utriusque, tum quæ referuntur eorū dicta & facta satìs convincunt; ut etiam Fabulæ multæ utriusque nomine inscriptæ. Si in cæteris non par spectatur concordantia, hoc indè est, quòd non omnia utrinque, à Græcis & Arabibus, collecta fuerint, nec literis mandata extent.*

١٤ وَإِنْ جَاهَدَاكَ عَلَى أَنْ تُشْرِكَ
بِي مَا لَيْسَ لَكَ بِهِ عِلْمٌ فَلَا تُطِعْهُمَا
وَصَاحِبْهُمَا فِي ٱلدُّنْيَا مَعْرُوفًا وَٱتَّبِعْ
سَبِيلَ مَنْ أَنَابَ إِلَيَّ ثُمَّ إِلَيَّ
مَرْجِعُكُمْ فَأُنَبِّئُكُمْ بِمَا كُنْتُمْ تَعْمَلُونَ ،
١٥ يَا بُنَيَّ إِنَّهَا إِنْ تَكُ مِثْقَالَ حَبَّةٍ | مِثْقَالُ
مِنْ خَرْدَلٍ فَتَكُنْ فِي صَخْرَةٍ أَوْ فِي | فَتَكُنْ
ٱلسَّمٰوَاتِ أَوْ فِي ٱلْأَرْضِ يَأْتِ بِهَا
١٦ ٱللّٰهُ إِنَّ ٱللّٰهَ لَطِيفٌ خَبِيرٌ ، يَا بُنَيَّ
أَقِمِ ٱلصَّلٰوةَ وَأْمُرْ بِٱلْمَعْرُوفِ وَٱنْهَ
عَنِ ٱلْمُنْكَرِ وَٱصْبِرْ عَلَى مَا أَصَابَكَ
إِنَّ ذٰلِكَ مِنْ عَزْمِ ٱلْأُمُورِ ،

14 Sin autē urgeant te *parentes tui, & permovere studeant,* ut cōsortio jungas mihi & *juxta me adores* aliquid quod ignores *par esse Deo, atq; cultu divino dignum*; ne pareto illis: societatem tamē cum illis cole & *commercium serva* in hac seculari vita & *rebus hujus mundi*, quoad æquū fuerit, *consentaneum juri ac honestati.* Et sectare *in religione* semitam ejus qui se convertit ad me, *unius Dei cultum & sine fuco obedientiam professus; nempe semitam insiste Múhammedis vel Abúbecri.* Deinde *futurus* ad me *est* reditus vester, ut notū faciā vobis quid feceritis *boni aut mali, & pro fide tibi, ac pro incredulitate & idololatria parentibus tuis, quod merueritis rependā.* 15 *Dixit quoq; Locmânus:* O filiole mî, utiq; si fuerit *boni piiq; operis quicquā* pondere unius grani sinapis, *granorū omniū minutissimi*, quod existat in petra, *abdita aliqua ejus lacuna*, aut in cœlis, *summo eorū convexo* aut in terra, *imo ejus fundo; nēpe in parte mundi occulta, suprema vel infima*, proferet illud Deus, & *conspicuum faciet ac corā sistet, ut in rationē veniat.* Quippe Deus subtilis *est scientiâ, cuncta penetrans ut nihil fugiat*, gnarus *omnium, locum cujusq; rei ac modum perspectū habens*, (seu ubiq; præsens *est*, omniscius.) 16 O filiole mî statam perage precationē, *ut magìs magísque perficiaris ipse*, & præcipe æquum, ac prohibe iniquū, *ut per te perfectiores quoq; evadant alii.* Et patienter ferto quod tibi acciderit gravius, *ex præceptis & interdictis:* utiq; illud, *quod hîc de patientia dicitur*, necessaria quædam lex rerū est, *quam constanter & absolutè tenendam præfinivit* Deus. 17, Et

Vers. 14. Hoc alloquio respici volunt Sadûm Abi Wakkâsi F. & parentū nomine designarimatrē ipsius, Zjinnam Abi Sephîni filiam, quæ cibum sumere potumq; detrectabat, ut filium retraheret à religione Muhāmedis. Historiæ autē Locmâni hîc ipse versiculus interiertus fuit, ut de cavenda idololatria monitū confirmaretur. Nā si parentum observantia, quæ proxima est observantiæ Deo debitæ, adeò cedere huic eidem debeat; quisnam fuerit, cui magìs quàm parentibus suis obstrictus homo tribuere divinos debeat honores? Hos. Beid.

Vers. 15, pro FETECÙN *legitur quoque* FETECÌN, quod delitescat; *à* WA'TEGA occultavit se *avis* in nido *vel* latibulo suo. Zam. Beid.

١٧ وَلَا تُصَعِّرْ خَدَّكَ لِلنَّاسِ وَلَا تَمْشِ
فِي ٱلْأَرْضِ مَرَحًا إِنَّ ٱللَّهَ لَا يُحِبُّ
١٨ كُلَّ مُخْتَالٍ فَخُورٍ، وَٱقْصِدْ فِي
مَشْيِكَ وَٱغْضُضْ مِنْ صَوْتِكَ إِنَّ
١٩ أَنْكَرَ ٱلْأَصْوَاتِ لَصَوْتُ ٱلْحَمِيرِ، أَلَمْ
تَرَوْا أَنَّ ٱللَّهَ سَخَّرَ لَكُمْ مَا فِي ٱلسَّمَاوَاتِ
وَمَا فِي ٱلْأَرْضِ وَاسْبَغَ عَلَيْكُمْ نِعْمَةً
ظَاهِرَةً وَبَاطِنَةً وَمِنَ ٱلنَّاسِ مَنْ يُجَادِلُ
فِي ٱللَّهِ بِغَيْرِ عِلْمٍ وَلَا هُدًى وَلَا كِتَابٍ
٢٠ مُنِيرٍ، وَإِذَا قِيلَ لَهُمُ ٱتَّبِعُوا مَا أَنْزَلَ ٱللَّهُ
قَالُوا بَلْ نَتَّبِعُ مَا وَجَدْنَا عَلَيْهِ آبَاءَنَا

تُصَاعِرْ
تُصْعِرْ
وَأَقْصِدْ
وَأَصْبَغَ
نِعَمَهُ

17, Et ne distorque hominibus faciē tuam, *superbientis atq; fastosi more, sed modesto placidoque erga eos vultu esto;* neq; incede per terram petulanter, *ut insipientes faciunt, vani, & arrogantes.* Etenim nō amat Deus quenquā imaginatione superbū (*vel* superbè incedentē) & gloriosum, *qui propter caduca, quibus polleat, bona sese insolenter effert, alios præ se cōtemnens.* 18, At mediū serva in incessu tuo, *leniter & modestè incede: namq; incitatior gressus esse levitatis videtur; tardior verò affectatæ gravitatis & inanis gloriæ.* Atq; demitte quid de voce tuâ, *ne inclames eâ aut clangas; non loquax, non dicax. Neq; verò in elatione vocis ulla virtus.* namq; ingratissima vocū vox *est* asinorū: *qui cùm per se despecti sunt, tū strepero clamore offendunt aures.* 19, An non videtis Deum subjecisse vobis, *ad utilitatem condidisse vestram,* quę in cœlis *sunt, Luminaria & stellas,* & quæ in terra, *montes, campos, maria, fossilia, plantas, animalia.* Et profudit in vos, *magnâ copiâ, varietate, atq; perfectione contulit,* bona sua manifesta & occulta, *nempe quæ ad corpus & quæ ad animū spectant, sensibilia & intelligibilia, aut quæ nostis & non nostis.* 20, Est autē ex hominibus *quidam,* qui disputat de Deo, *de unitate ejus, aliisq; attributis, vel de Libro Dei,* absq; scientiâ ullâ, *argumentis aut rationi innixâ,* & sine ullo ductu *Prophetæ aut Apostoli,* ulloque libro illustri, *qui divinitus datus sit; sed simpliciter fretus traditione, aliorū fide & auctoritate.* Et cùm dicitur iis, sequamini id quod *cælitus* demisit Deus, *sc. Coranum, atque in eum credite;* inquiunt: quin sequimur id, in quo (cui institisse) invenimus patres nostros.

18, asinorū] *Olim Arabib⁹, præsertim idololatris, moris erat elatis vocibus gloriari inter se.* Hos.

19, Bona manifesta & occulta,] *Eorū explicationes sive species plurimæ, quin vel trecentæ, enarrantur in libro, qui* Mare sciventiarū *inscribitur. Et præcipuas refert paraphrastes Persa: sed quæ sub generalibus illis, quas præmisit ipse & nos expressimus, comprehenduntur, & huic loco superstitiosè aptantur.*

20, Est autem] *intelligitur Nadsar Ibn Harit, qui dicebat illa, quæ de Deo dicuntur, esse veterum commenta. Iuxta alios notatur Iudæus quidam, quem ex Muhammede quærentem; quis & unde Deus tuus? fulmine percussum ferunt.* Hos.

أَوَلَوْ كَانَ ٱلشَّيْطَانُ يَدْعُوهُمْ إِلَي
٢١ عَذَابِ ٱلسَّعِيرِ ، وَمَنْ يُسْلِمْ وَجْهَهُ يُسَلِّمْ
إِلَي ٱللَّهِ وَهُوَ مُحْسِنٌ فَقَدِ ٱسْتَمْسَكَ
بِٱلْعُرْوَةِ ٱلْوُثْقَي وَإِلَي ٱللَّهِ عَاقِبَةُ
٢٢ ٱلْأُمُورِ ، وَمَنْ كَفَرَ فَلَا يَحْزُنْكَ
كُفْرُهُ إِلَيْنَا مَرْجِعُهُمْ فَنُنَبِّئُهُمْ بِمَا
عَمِلُوا إِنَّ ٱللَّهَ عَلِيمٌ بِذَاتِ ٱلصُّدُورِ ،
٢٣ نُمَتِّعُهُمْ قَلِيلًا ثُمَّ نَضْطَرُّهُمْ إِلَي عَذَابٍ
٢٤ غَلِيظٍ ، وَلَئِنْ سَأَلْتَهُمْ مَنْ خَلَقَ
ٱلسَّمٰوَاتِ وَٱلْأَرْضَ لَيَقُولُنَّ ٱللَّهُ قُلِ
ٱلْحَمْدُ لِلَّهِ بَلْ أَكْثَرُهُمْ لَا يَعْلَمُونَ ،
٢٥ لِلَّهِ مَا فِي ٱلسَّمٰوَاتِ وَٱلْأَرْضِ إِنَّ
٢٦ ٱللَّهَ هُوَ ٱلْغَنِيُّ ٱلْحَمِيدُ ، وَلَوْ أَنَّ

Quid si Satanas *instinctu suo*, *ac velut traditione quadam*, vocaret eos ad tormentum Inferni, *quò suggestiones ejus & idololatria ducunt; num sequi eum vellent?* 21, At qui dedit sese Deo, *cum plena fiducia & sincera voluntate ad eum solum conversus se totum committit illi*, benefaciens, *bene sentiens de Deo, & colens eum quem unicum & unum esse Deum credit*; utique jam apprehendit ac tenet ansam firmam, *quæ non destituat aut fallat.* Ad Deum verò finis rerum *pertinet, & revera pertingit*; *ad eum, omnium dominum, redeunt omnia.* 22, Et qui non credit, *nec firmæ ansæ injicit manum*, non est quod contristet te incredulitas ejus: *neque enim nocere tibi potest.* Ad nos *futurus est* reditus ipsorum *in utraque vita*; ut doceamus eos, *per utriusque generis pœnas*, quid fecerint. Utique Deus scit quid in pectoribus lateat, *boni vel mali.* 23, Frui eos sinimus parumper, *ac brevissimo tempore, caducis bonis & gaudiis.* Tum (tandem, Gil.) adigemus eos ad supplicium grave, *horrendum & non imminuendum, nempe Infernalis ignis.* 24, Et si percuncteris illos *incredulos*, quis creaverit cœlos & terram; omnino dicent: Deus. *Argumenta quippe nimiùm manifesta sunt, quare alteri quàm Deo tribui creatio non possit.* Dicito, ô *Muhammed:* laus sit Deo, *quòd confitentur ea, quibus destruantur cætera quæ credunt.* Sed plerique eorum nesciunt, *se confessione illâ suâ convinci ac confundi.* 25, Dei est quicquid in cœlis & in terra; *nempe creaturæ omnes. Ideoque præter eum utrobique nihil est, quod adorari dignum sit.* Equidem Deus contentus *seipso est, qui neutiquam indiget ullâ creatione rerum;* laudatus *per se, & per attributa sua; antequam laudem dicant, aut cogitent creaturæ.* 26 Et licet

21, ansam firmam] *Qui paret & fidit Deo, tutus & securus est; ei similis, qui altũ conscendens montẽ extantes apprehendit petrarũ partes.* Beid.

25, contentus] *cum Articulo emphasim habet; uti & laudatus, quod sequitur: ut sit,* Cõtentus ille, Laudatus ille. Hos.

مَا فِي ٱلْأَرْضِ مِنْ شَجَرَةٍ أَقْلَامٌ
وَٱلْبَحْرُ يَمُدُّهُ مِنْ بَعْدِهِ سَبْعَةُ أَبْحُرٍ تُمِدُّهُ
مَا نَفِدَتْ كَلِمَاتُ ٱللَّهِ إِنَّ ٱللَّهَ
٢٧ عَزِيزٌ حَكِيمٌ ، مَا خَلْقُكُمْ وَلَا بَعْثُكُمْ
إِلَّا كَنَفْسٍ وَاحِدَةٍ إِنَّ ٱللَّهَ سَمِيعٌ
٢٨ بَصِيرٌ ، أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱللَّهَ يُولِجُ ٱللَّيْلَ
فِي ٱلنَّهَارِ وَيُولِجُ ٱلنَّهَارَ فِي ٱللَّيْلِ
وَسَخَّرَ ٱلشَّمْسَ وَٱلْقَمَرَ كُلٌّ يَجْرِي
إِلَي أَجَلٍ مُسَمِّي وَأَنَّ ٱللَّهَ بِمَا
٢٩ تَعْمَلُونَ خَبِيرٌ ، ذَلِكَ بِأَنَّ ٱللَّهَ هُوَ
ٱلْحَقُّ وَأَنَّ مَا تَدْعُونَ مِنْ دُونِهِ يَدْعُونَ
ٱلْبَاطِلُ وَأَنَّ ٱللَّهَ هُوَ ٱلْعَلِيُّ ٱلْكَبِيرُ ،

quicquid in terra *est* arboris, calami *essent*, & mare *circumfluum terræ* atramentum, quod supplerent postea, *quàm absumptum fuerit*, septem maria *alia isti similia*, non *tamen* exhaurirentur *scribendo* verba Dei, *res Divinæ. hæ enim infinitæ sunt; res illæ non nisi finitæ forent: essentia & majestas Dei, mundi utriusque opera & bona, præsentia & futura: quorum omnium ne quidem nomina queunt describi*. Quippe Deus potens & sapiens *est: qui quicquid esse velit, esse facit; & quicquid est, & quî fieri quidvis possit, perfectissimè intelligit*. 27, Non *extitit* creatio vestra, *O Meccani*, neque *futura est* resuscitatio vestra, nisi velut animæ unius: *ac si unum sit corpus, quod simul creaverit Deus, quodque simul resuscitabit*. Certè Deus audit & videt *simpliciter & simul omnia, ac penitissime perspecta habet*. 28 An non vidisti, quòd Deus noctem diei immittit, & diem immittit nocti, *cùm lucis & tenebrarum servantur vices, aut cùm eorundem spatia laxantur & contrahuntur*: & *quòd* ad obsequium subegit Solem & Lunam; *quorum* quisque *in suo orbe* currit ad metam præstitutam, *scilicet periodi suæ, vel ad Iudicii extremi diem*: quòdque Deus quæ facitis norit, *arcanorum conscius*? 29, Hoc *quod dictum fuit dicive posit de potentia & scientia Dei, atque de impotentia aliorum numinum*, ita se habet, propterea quòd Deus *est* Ens verū & solidum, *per se & essentiæ suæ necessitate existens*; & quia quod præter eum invocatis, *vos idololatræ*, Ens falsum *est* & vanum; & quia Deus *est* summus & maximus, *cum quo nihil comparari queat*.

arboris] *Singulare seu nomē unitatis usurpatur, non Plurale seu nomē multitudinis, ut intelligātur arbores singulæ in calamos aptari, & totâ nullâ omissâ parte*. Zamach.

atramentū] *quia sequens Verbum significat peculiariter* atramēto imbuere seu implere; *indè est, quòd* Nomen illud *per Verbum suū commodè innuatur*. Beid.

27, animæ unius] *nō separatim aliorum post alios; nec ullâ ope, aut instrumenti usu. Sola quippe sufficit ad potentiam accedens voluntas: ita ut mundorum centum millia uno verbo,* CUN Esto, *producere potuerit; & una tantum voce,* KOM. Surge, *mortuos exciebit è sepulchris*. Hos.

٣٠ أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱلْفُلْكَ تَجْرِي فِي ٱلْبَحْرِ
بِنِعْمَتِ ٱللَّهِ لِيُرِيَكُم مِّنْ ءَايَٰتِهِۦٓ إِنَّ — بِنِعَمَاتِ
فِي ذَٰلِكَ لَءَايَٰتٍ لِّكُلِّ صَبَّارٍ شَكُورٍ — بِنِعْمَاتِ
٣١ وَإِذَا غَشِيَهُم مَّوْجٌ كَٱلظُّلَلِ دَعَوُا — كَٱلظِّلَالِ
ٱللَّهَ مُخْلِصِينَ لَهُ ٱلدِّينَ فَلَمَّا نَجَّىٰهُمْ
إِلَى ٱلْبَرِّ فَمِنْهُم مُّقْتَصِدٌ وَمَا يَجْحَدُ
بِـَٔايَٰتِنَآ إِلَّا كُلُّ خَتَّارٍ كَفُورٍ ،
٣٢ يَٰٓأَيُّهَا ٱلنَّاسُ ٱتَّقُوا رَبَّكُمْ وَٱخْشَوْا
يَوْمًا لَّا يَجْزِي وَالِدٌ عَن وَلَدِهِۦ وَلَا مَوْلُودٌ — يُجْزِي
٣٣ هُوَ جَازٍ عَن وَالِدِهِۦ شَيْـًٔا ، إِنَّ وَعْدَ
ٱللَّهِ حَقٌّ فَلَا تَغُرَّنَّكُمُ ٱلْحَيَوٰةُ
ٱلدُّنْيَا وَلَا يَغُرَّنَّكُم بِٱللَّهِ ٱلْغَرُورُ ،

30, An non vidisti navẽ per mare currere gratiâ & *benefi-centiâ* Dei, *qui in mediis eam fluctibus conservat, & immisso flatu ducit dirigitq;* : ut ostendat vobis quædã signa sua, *tũ admiranda maris, tũ potentiæ & bonitatis suæ argumenta, etiam in navi.* Namq; ea in re, *mari & navi*, profectò signa sunt cuiq; patienti, *qui maris perfert incõmoda, ut exteras regiones & gentes frequentet*, & grato, *qui Deũ boni omnis auctorẽ agnoscit & pro beneficiis colit. Religionis pars una est patientia, altera gratitudo.* 31, Et cũ operit eos, *nave vectos*, unda umbraculorum instar, (*vel* sicut umbrosi mõtes, *aut* nubes,) invocant Deum, sincerã monstrantes ipsi religionẽ. Cùm verò liberaverit eos & *salvos perduxerit* in terrã; *utiq;* ex iis *alius quidẽ* viç rectç insistit, & *in unius Dei cultu perseverat, quales sunt fideles & pii*; *alius autẽ recedit indè atq; ad impietatẽ redit, ut sunt idololatræ.* Neq; abnegat signa nostra, *potentiæ & providentiæ, vel liberationis nostræ*, præterquã omnis perfidus, *violator fœderis Dei*, & ingratus *pro beneficiis acceptis.* 32, O homines *in universum omnes, & peculiariter vos Meccani*, revereamini Dominũ vestrũ, *caventes vobis ab ingrati animi vitiis & destinatis pœnis*; atq; extimescite diẽ, *in quo* nõ satisfacturus erit parens pro nato suo, *neq;* natus satisfacturus pro parẽte suo, *haud ullã pœnæ partẽ aversurus alter ab altero; ut credens ac pius quis proximi sui increduli & impii expiare crimina aut deprecari possit, quæ quorundã opinio fuit.* 33, Nã statutũ Dei, *fœdus ejus, seu promissio præmii ac cõminatio pœnæ*, verũ justũq; est, *immutabile ac semper sibi cõstans.* Itaq; ne seducat vos vita mundana, neq; seducat vos per Deũ *ipsum, futurũ velut condonatorẽ facilẽ & liberalẽ*, seductor ille *Satanas, qui prolixâ spe & falsâ fiduciâ decipit vos, & ad peccandum audaces ac socordes facit.*

34. Equi-

٣٤ إِنَّ ٱللَّهَ عِندَهُ عِلْمُ ٱلسَّاعَةِ وَيُنَزِّلُ
ٱلْغَيْثَ وَيَعْلَمُ مَا فِي ٱلْأَرْحَامِ وَمَا
تَدْرِي نَفْسٌ مَاذَا تَكْسِبُ غَدًا وَمَا
تَدْرِي نَفْسٌ بِأَيِّ أَرْضٍ تَمُوتُ إِنَّ
ٱللَّهَ عَلِيمٌ خَبِيرٌ ۝



سُورَةُ ٱلصَّفِّ أَرْبَعَ عَشْرَةَ آيَةً ،

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ ۝

١ سَبَّحَ لِلَّهِ مَا فِي ٱلسَّمَٰوَاتِ وَمَا فِي
ٱلْأَرْضِ وَهُوَ ٱلْعَزِيزُ ٱلْحَكِيمُ ،
٢ يَاأَيُّهَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا لِمَ تَقُولُونَ مَا
٣ لَا تَفْعَلُونَ ، كَبُرَ مَقْتًا عِندَ ٱللَّهِ أَن

34, Equidem penes Deum scientia est Horæ extremæ, *sive Resurrectionis*: & demittit ille pluviam *tempore & loco præfinitis statisque*: & scit quid in uteris sit *perfecti vel imperfecti*, *masculus fœtus vel fœmineus*. Non novit autem anima ulla, *homo quisquam*, quid lucri factura cras sit, *vel quid negotii tractatura*: neque etiam novit quisquam in qua terra sit moriturus. At modo Deus *est* sciens & gnarus *arcanorum omnium*, *quæ pro beneplacito suo revelat & velata servat*.

Equidē] *Tradunt Harit, Amri filium, Meharaum, proposuisse Múhammedi quæstiones de extremo Iudicii die; & quando sementem suam pluvia rigaret; num uxor sua jam gravida marem pareret, an fœmellam. Se vero nosse dixit, quid cras facturus ipse & tractaturus esset; & quo loco sepulturus filium. Atque in hanc rem ea quæ sequuntur scripta esse volunt.* Hos.

Aliam quoque & breviorem non intersertâ explicatione ullâ, Suratam adjicere libet, ordine LXI: *ut ex ea liqueat, qualis per se Coranus sit, suorum glossis & ingeniosa commentatione nudus. Notas tamen in margine apponam paucas, & ipsas fere perbreves, Gelalodini, interpretis celebris & recepti; qui inscribitur vulgò* جلال الدين محمد بن احمد المحلي : *nisi fortè & aliunde quid esse addendum videatur.*

Caput] *plerique Medinæ traditum volūt; alii Meccæ, antequā hinc Muhammed istuc confugisset.*

Caput ACIEI, quatuordecim versuum.

In nomine Dei miseratoris misericordis.

SANCTAM Deo laudem dicit quicquid in cœlis, & quicquid in terra. Quippe ille Potens, Sapiens. 2, O vos, qui creditis, quare dicitis quod non facitis? 3, Magni est odii apud Deum, quòd dicitis

Aciei *seu* Acies *dictum, tanquā proprio nomine, petito ex sequenti cōmate secundo.*

1, Potens, Sapiens] *imperio, & opere.* Gel.
2, dicitis] *de gerendo bello ad tuendam & propagandam religionem.* Gel.

٤ تَقُولُوا مَا لَا تَفْعَلُونَ ، إِنَّ ٱللَّهَ يُحِبُّ ٱلَّذِينَ يُقَاتِلُونَ
٥ فِي سَبِيلِهِ صَفًّا كَأَنَّهُمْ بُنْيَانٌ مَرْصُوصٌ ، وَإِذْ قَالَ
مُوسَي لِقَوْمِهِ يَا قَوْمِ لِمَ تُؤْذُونَنِي وَقَدْ تَعْلَمُونَ أَنِّي رَسُولُ
ٱللَّهِ إِلَيْكُمْ فَلَمَّا زَاغُوا أَزَاغَ ٱللَّهُ قُلُوبَهُمْ وَٱللَّهُ لَا يَهْدِي
٦ ٱلْقَوْمَ ٱلْفَاسِقِينَ ، وَإِذْ قَالَ عِيسَي ٱبْنُ مَرْيَمَ يَا بَنِي
إِسْرَائِيلَ إِنِّي رَسُولُ ٱللَّهِ إِلَيْكُمْ مُصَدِّقًا لِمَا بَيْنَ يَدَيَّ
مِنَ ٱلتَّوْرَاةِ وَمُبَشِّرًا بِرَسُولٍ يَأْتِي مِنْ بَعْدِي ٱسْمُهُ
أَحْمَدُ فَلَمَّا جَاءَهُمْ بِٱلْبَيِّنَاتِ قَالُوا هٰذَا سِحْرٌ مُبِينٌ ، سَاحِرٌ
٧ وَمَنْ أَظْلَمُ مِمَّنِ ٱفْتَرَي عَلَي ٱللَّهِ ٱلْكَذِبَ وَهُوَ يُدْعَي
إِلَي ٱلْإِسْلَامِ وَٱللَّهُ لَا يَهْدِي ٱلْقَوْمَ ٱلظَّالِمِينَ ،
٨ يُرِيدُونَ لِيُطْفِئُوا نُورَ ٱللَّهِ بِأَفْوَاهِهِمْ وَٱللَّهُ مُتِمُّ نُورِهِ مُتِمٌّ نُورَهُ
٩ وَلَوْ كَرِهَ ٱلْكَافِرُونَ ، هُوَ ٱلَّذِي أَرْسَلَ رَسُولَهُ
بِٱلْهُدَي وَدِينِ ٱلْحَقِّ لِيُظْهِرَهُ عَلَي ٱلدِّينِ كُلِّهِ
١٠ وَلَوْ كَرِهَ ٱلْمُشْرِكُونَ ، يَا أَيُّهَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا هَلْ
أَدُلُّكُمْ عَلَي تِجَارَةٍ تُنْجِيكُمْ مِنْ عَذَابٍ أَلِيمٍ

citis quod non facitis. 4, Utique Deus diligit eos, qui pugnant in semita ipsius acie instructâ, ac si ipsi structura compacta. 5, Quando dixit Moses populo suo: O popule mî, quare molestiâ afficitis me, cùm sciatis me esse Dei ad vos legatum: utique cum deviassent, devia reddidit Deus corda ipsorum. Neque Deus dirigit homines improbos. 6, Et quando dixit Iesus, filius Mariæ: O filii Israël, equidem ego missus ad vos legatus Dei, verum asserens, qui coram me, librum Mosis, & læta annuncians de legato venturo post me, cujus nomen Ahmed. Et postquam ad eos venisset cum evidentibus signis, dixerunt: Hoc fascinum est manifestum. 7, Quis autem injustior est, quàm qui affingit Deo mendacium? Et ille vocatur ad salutarem fidem? At Deus non dirigit homines injustos. 8, Volunt extinguere lumen Dei oribus suis: sed Deus consummat lumen suum; etsi abhorreant Infideles. 9, Ille est, qui misit Legatum suum cum recto ductu, & religione veri & justi; ut conspicuam efficiat eam supra religionem omnem, etsi invitis illis, qui consortem tribuunt Deo. 10, O vos, qui creditis, num commonstrabo vobis mercimonium, quod servet vos à tormento dolorifico?

non facitis] *Cũ fugã cepistis in prælio Ohodensi.* Gel.
4, diligit] *Victoriã & honorem largiens.* Gel.
structura cõpacta.] *vel* murus ferruminatus. Hos.
5, Quando] *Subintelligẽdũ antè, Recordare quid acciderit.* Gel.
6, Ahmed.] *i. e.* Muhammed: *sunt enim hæc duo synonyma, & indifferenter alterum usurpatur pro altero. Notat autem* Ahmed, laudatissimus, inclytus. *Ipsa Christi verba sunt:* Ego vado ad patrem meum, & Paracletus veniet. (*vide Ioan.* XVI, 7.) *At nomen hoc* Paracletus *idem denotat, quod* Ahmed. Hos. *En blasphemiam inscitiâ vestitam.* περίκλυτος inclytus, præclatus, *sumptum pro* παράκλητος consolator, adhortator, patronus: *nempe η & υ eodem modo efferebant Græci; & quidem ut i: prout etiam in Syriaco, & in Canticis Ecclesiæ exprimitur. Attamen tum* παράκλυτος *fuisset, contrarium veriùs,* infamis, turpis. *Iugulando Corano sufficit vel solus hic locus. Non enim hæc ab instinctu Dei, sed potiùs Impostoris esse, luce meridianâ clarius existit. Et quid Paracleti nomen magis conveniat Muhammedi, quàm insano Maneti; quem tot validis argumentis contrivit B. Augustinus?*

7, mendacium] *Deo consortem faciens, & miracula ejus, ut falsa reprobans.* Gel. Injustos] *Infideles.* Gel. 8, consummat] *effert & manifestum reddit.* Gel.

 11, Cre-

11 تُؤْمِنُونَ بِٱللَّهِ وَرَسُولِهِ وَتُجَاهِدُونَ فِي سَبِيلِ ٱللَّهِ
بِأَمْوَالِكُمْ وَأَنفُسِكُمْ ذَلِكُمْ خَيْرٌ لَكُمْ إِنْ كُنتُمْ
12 تَعْلَمُونَ ، يَغْفِرْ لَكُمْ ذُنُوبَكُمْ وَيُدْخِلْكُمْ
جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ وَمَسَاكِنَ
13 طَيِّبَةً فِي جَنَّاتِ عَدْنٍ ذَلِكَ ٱلْفَوْزُ ٱلْعَظِيمُ ، وَأُخْرَي
تُحِبُّونَهَا نَصْرٌ مِنَ ٱللَّهِ وَفَتْحٌ قَرِيبٌ وَبَشِّرِ
14 ٱلْمُؤْمِنِينَ ، يَاءَيُّهَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا كُونُوا أَنْصَارًا
لِلَّهِ كَمَا قَالَ عِيسَي ٱبْنُ مَرْيَمَ لِلْحَوَارِيِّينَ مَنْ
أَنْصَارِي إِلَي ٱللَّهِ قَالَ ٱلْحَوَارِيُّونَ نَحْنُ أَنْصَارُ
ٱللَّهِ فَآمَنَتْ طَائِفَةٌ مِنْ بَنِي إِسْرَائِيلَ وَكَفَرَتْ
طَائِفَةٌ فَأَيَّدْنَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا عَلَي عَدُوِّهِمْ فَأَصْبَحُوا
ظَاهِرِينَ ۞

11, Credetis in Deum, atque in Legatum ejus, & cum
amoris ſtudio belligerabitis in ſemita Dei, opibus & ani-
mabus veſtris. Id melius eſt vobis, ſi noſcatis. 12, Con-
donabit vobis peccata veſtra, & introducet vos in hor-
tos, ſubter quibus decurrunt fluvii, & manſiones amœ-
nas in hortis Eden. Hæc felicitas magna. 13, Et alia,
quam amatis; auxilium à Deo, ac victoria propinqua.
Et læto nuncio bea Fideles. 14, O vos, qui creditis,
eſtote adjutores Dei. Quemadmodum dixit Ieſus, filius
Mariæ, Apoſtolis: Quinam adjutores mei ad Deum?
dixêre Apoſtoli: Nos adjutores Dei. Credidit verò in
Ieſum pars quædam ex filiis Iſraël, & pars non credidit.
Itaque corroboravimus eos, qui crediderunt, contra
hoſtem ſuum, ita ut evaſerint ſuperiores.

11, noſcatis.] *Itaq; facite hoc.* Gel.

12, Condonabit] *Deus, ſi faciatis hoc.* Gel.

13, Alia] *felicitas & gratia manet vos.* Gel.

14, Adjutores Dei] *in promovẽda lege Dei & religione.* Gel.

Apoſtolis] *Ita dicuntur à voce* HAVAR, *quæ* candorem *notat; id eſt,* electi *&* candidi: *ſunt illi, qui in Ieſum primi crediderunt, numero* XII. *Traditur autem à quibuſdam, eos candidandis veſtibus dediſſe operam, fullonum more.* Gel. *Hoc quidẽ nugatorium eſt; indè natum, quòd eadem dictio* HAVARÎJON *vulgato uſu* fullonem *notat, Attamen iſto dicti nomine videntur Apoſtoli, ceu Chald.* חִוָּרִין candidi; *vel quòd ſinceri amici & miniſtri Chriſti; vel quòd albas induti ſtolas pingi ſolerent in Oriente; vel quaſi* φωτίζοντες, *aut* φωτιζόμενοι, *i.e.* prælucentes *aliis, aut* illuminati: *vel pro* חורין *Hebr. i.e.* principes & anteſignani, *Ierem.* XXIX, 6. *Quæ autem hîc Apoſtolis attribuuntur, petita videntur ex hiſtoria Apoſtolicæ miſſionis; quando ad prædicandum Euangelium à Chriſto vocati & miſſi fuerunt Apoſtoli. Matth.* X. *Marc.* III. *Luc.* VI *&* IX.

14, Credidit pars] *in Ieſum, dicens Dei ſervum eſſe, qui in cœlos ſublatus ſit.* Gel. non credidit] *inquiens Dei filium eſſe.* Gel. *Hæc violenta & perverſa eſt interpretatio. At rectiùs verba ipſa ſimpliciter intelligit* Beid. *Addunt ambo, iidem interpretes, magnas ex eo ortas eſſe contentiones & pugnas: præcipuè verò poſtquam in cœlum Chriſtus adſcendiſſet.*

corroboravimus eos] *tum perſpicaciâ veri, tum virium potentiâ.* Beid.



Nunc, è contrario, ejusdem Súratæ hujus declarationem omni cultu suo ornatam adjiciemus, prout totum Coranum edidit antè dictus nobis, & potiori Parte ad præcedentis Suratæ explicationem usurpatus, paraphrastes Persa. Ut vel ex parvo specimine liquere possit, quâ arte ac farturâ, quibusque offuciis quæsita sit speciosa forma corpori per se minime spectabili, vitioso, ac informi; & quid falsa valeat persuasio, quámque non inepta modò, sed & insolens ac iniqua, esse soleat superstitio.

Caput ASSAFFI, i. e. Aciei traditum Medinæ, versibus quatuordecim constans.

SANCTIFICANDO laudat Deum, quicquid *superiorum rerum existit* in cœlis, & quicquid *inferiorum* in terra. Quippe ille Potens *est, potentiâ infinitus; nullum juris, nullum imperii terminum habens, nec quicquam adversum:* & Sapiens, *rectissimè faciens omnia, ut nihil ibi non perfectum sit, aut in quo quicquam desiderari possit. 2, Dimjathæus tradit, honoratos domini nostri Muhammedis socios dixisse: Ecquid præstabimus, quod nos ab Infernalis ignis fovea liberatos ad Paradisum & Spirituales delicias perducat? Deum quidem cœlesti oraculo*

oraculo respondisse: O vos, qui creditis, num commonstrabo vobis mercimonium, &c. (vide vers. 10. seq.) Dei vero Legatum edixisse: Quod quæritis opus, nempe, quod vos à carcere illo eximios beatitudinis fastigio locet, Fides est, & Sacrum pro religione bellum. Cúmque socii iidem à morte abhorrerent; & quidem tunc imprimis, ut nonnulli docent, cùm in prælio Ohodensi capesserent fugam, sequentes versus cœlitùs allatos fuisse: 2, O vos, qui Fidem profitemini, quare dicitis quòd non facitis? 3, Magno dignum est odio apud Deum, quod dicitis quæ non facitis. *Quibus tamen verbis existimat Alhasen hypocritas notari, qui falsò simulabant credere se, & consentire Prophetæ. Quin Sapientum alii in genere de omnibus interpretantur, quorum dictis facta discrepant: etiam doctos argui, qui cùm bona opera populo præscribant, ipsi negligunt & missa faciunt, hisce designati alibi censuræ verbis: Num justitiam hominibus præcipitis obliviscentes ipsi? Vidit gloriosæ memoriæ Propheta noster, nocte quâ in cœlum evectus fuit, talium hominum labia ignitâ forfice præcidi.*

Cuique sapienti dicito: Si quæ doces,
Non ipse facis; & vanus es, & desipis.
Scientia arbor est, cui pro fructu opus:
Secandus urendusque sine eo ramus es.

4, Utique Deus diligit eos, qui pugnant in semita ipsius, *scilicet pro causa Dei, ad exaltandum in terra Dei verbum, & propugnandam propagandamque ejus legem atque religionem; prælia ineuntes contra hostes,* ACIE instructâ, *obfirmatis etiam junctisque simul animis, talem in modum,* ac si ipsi *existant* structura solidè juncta, *vel murus ferruminatus.* 5, *Recordare quid factum sit,* cùm dixit *Moses populo suo Israël:* O popule mî, quare molestiâ afficitis me, *non gerentes morem mandatis meis:* cùm *certò* sciatis me esse legatum Dei ad vos *missum? Id quippe miraculis & testimoniis evidentibus adeò comprobatum, ut nullus dubitationi locus sit. Legatum autem in honore haberi & reverenter coli oportet. Quare dicto audientes estote, & imperio parete. Illi verò in insipientia atque errore perseverantes, non audivere verba venerandi Prophetæ, cui coram locutus esset ipse Deus.* Utique cùm deviassent *Israëlitæ ab accipiendo Mosis, cui pax, imperio & mandato,* devia reddidit Deus corda ipsorum *à veri certique orbitâ, & dubitandi præbuit occasionem.* Namque haud dirigit Deus populum improbum, *immorigerum ac prævaricantem.* 6. Et

momen-

memento quid acciderit, cùm *populo suo* dixisset Iesus, filius Mariæ: O filii Israël, utique ego Legatus Dei, ad vos *ab ipso missus cum firmâ ac evidenti probatione*, verificans *& plenâ fide asserens à Deo esse*, id quod coram me *est* de libro Mosis, & lætum afferens nuntium de Legato, qui venturus est, *cum religione perfectâ & universali lege*, post me *& tempora mea*; cuius nomen *erit* Ahmed, *i. e. laudatissimus & inclytus. Verba Iesu revera ita habent: Ego vado ad patrem meum, & Paracletus veniet. At nomen hoc Paracletus idem denotat, quod Ahmed. (vide notas ad versionem præced.) Traditur libro Tebjân dicto, nomen illius, scil. Paracleti, Syriacè dici* Mahje; quod quidem eum designat, quem nobis Deus mittit post Messiam.* Cúmque ad eos venisset, cum evidentibus *signis & miraculis, resuscitans mortuos, cæcis reddens visum, & leprosos sanitate donans*, dixerunt *Israëlitarum plerique*: Hoc *quod nobis exhibet*, fascinatio est manifesta. 7. Quis autem iniquior *est & magis injurius*, quàm ille, qui affingit Deo mendacium? *fraudis & falsi arguens Prophetam ejus, & miracula habens præstigiarum loco? Sapientes quidam docent, cùm Nasr fil. Harit diceret, Iudicii die Latam & Izzam, quæ Arabum idola erant, sibi propitia fore gratâ apud Deum intercessione, præcedentia verba cœlitus descendisse*: cùm tamen ille vocetur *à Muhammede, Propheta Dei, ad* Islamismum, *salutiferam religionem, quæ in se bona quævis ac recta continet, & felicitatem cùm præsentis tùm futuræ vitæ*. At Deus non dirigit homines iniquos, *in iniquitatis suæ viâ. Libro Lubâb proditum exstat, cùm gloriosæ memoriæ dominum Legatum divinus afflare Spiritus aliquot cessasset dies, dixisse Caab Ibn Asraph: Lætum quid nobis renuncio, ô Iudæi, Deum denegare lumen suum Muhammedi, neque quod facere instituit, confectum iri. Hoc ubi significatum Legato fuit, atque ex eo mœroris ac tædii quid nitido pectori ejus, ceu speculo pulvis, insedisset, angelum Gabrielem, super quo pax, ægritudinis astergendæ ergo, sequentia attulisse verba*: 8, Cupiunt *Iudæi* exstinguere lumen Dei oribus suis. Sed Deus consummat *ac numeris suis & partibus absolutum explet* lumen suum, *lumen Religionis; splendidamque efferet legem principis Legatorum, antequam surgat Iudicii dies*: etsi *indè* abhorreant Infideles. *Sed nulla ipsis potentia est ad exstinguendam Veritatis Rectique judicii lucernam: non major quàm vespertilioni, qui cùm lucem oderit, perire velit Solem.*

* ܡܚܝܐ *nempe* מחיא vivificans, vivificator: *quod & Paracleto seu Spiritui Sancto nomẽ tribui potest, juxta Apost. Pauli verba ad Rom. cap.* VIII; *præsertim vers.* XI.

Valde

Valde expetit ne Sol sit, aut ne splendeat:
Tantùm ut striges videre detur & noctuas.
Sed manè facem Solis accendit Deus,
Quæ fœdæ inurit cæcitatem bestiæ.

9. Ille *Deus omnipotens est*, qui misit Legatum suum & *Prophetam* cum directionis normâ, *nempe Corano*, & religione veri justique, *quæ religio Hanifica, id est, Abrahami est;* ut juvet eam *extollatque* supra religionem omnem, *eamque gratam habeant ac sectentur gentes Orbis universi.* 10, O vos, qui Fidem professi estis, num commonstrabo vobis mercimonium, quod liberet vos à tormento doloris pleno. 11, Credetis in Deum, atque in Legatum ejus, *Fidem quam amplexi estis constanter servantes*; & incenso studio bellum geretis *contra Infideles,* in via Dei, *ex obsequioso amore honorandi, tuendi, & propagandi Verbum ejus; idque* opibus vestris, *quibus commeatus, jumenta ac arma comparentur;* & animabus vestris, *exponentes vosmet ipsos bello & morti.* Id, *quod de Fide & Belli sacri studio dictum,* melius est vobis, *quàm quævis res alia quantumvis quæstuosa*: siquidé *ii* sitis, *qui* noscatis *hoc, & veri solidique boni mercaturam. Cujus negotiatio, uti Bezergis inquit, in eo consistit, ut largiaris quod caducum est; accipias quod æternum & divinum sit, quin imò Deum ipsum. Libro Nefabât proditum de Abu Obeidalla Sitrensi, cujus spiritum sanctificet Deus, filium ipsius conquestum fuisse de rupto olei cado, dum efferre domo vellet ad forum; atque ita sibi periisse universum quem haberet mercaturæ fundum: ad ea tum dixisse patrem: O fili, eam tibi parato sortem, quæ & sors est parentis tui. Profectò nihil omnino mihi est præter Deum in præsenti & futurâ vitâ. Inquit doctor Islamismi, (sic* Muhammedica *illis* religio *falsò dicitur,) quòd lucrum ejus integrum exstitisset & absolutum, si ne quidem fuisset pater ipsius. Indicatum voluit, quoad se exinaniat anima quæ verè Deum diligit, & quî in Amoris foro sors & lucrum amittenda sint pro conjunctione Dilecti.*

Adeò usque vilescas tibi in foro tui,
Vt inanis omnium ipse ceu nihil fias.
Mundum è manibus utrumque sic deponito:
Plenum affluet lucrum, si tibi vacuæ manus.

Quod si itaque servatâ Fide belligeretis pro causa Dei; 12, Condonabit vobis *Deus* peccata vestra *in hac vita*, & introducet vos *in vita altera*

 in hor-

in hortos, ſubter quibus decurrunt rivi, & manſiones bonas, *amœnas mundasque & ſanctas, ac lætitiæ & voluptatis plenas, quæ paratæ ſunt* in hortis Eden; *i.e.* beatitudinis æternæ, *quæ Fidelium ſedes erit.* Hoc, *peccatorum remiſſio & ingreſſus in Paradiſum*, felicitas magna *eſt.* 13, Atque alia *vos in hoc mundo gratia & felicitas manet*, quam amatis, *reſpicientes præſentia potiùs, quàm futura; ſcilicet* auxilium à Deo, *contra Koreiſſitas aliosque hoſtes*, & victoria propinqua, *quam mox reportabitis expugnatâ Meccâ, Perſiâ, Græciâque. Ibn Atha, cujus animam ſanctitas beet, per auxilium quidem intelligendum putat Fidei donum, quo in unum & unicum creditur Deum; victoriæ autem nomine deſignari, cùm per ſenſibilem hunc mundum Fidelis penetrat ad inviſibilis mundi perceptionem. Et apud myſticos, victoria propinqua in Fidelibus expugnationem notat proprii cordis: ut ſubactâ corporali animâ, à molitionibus ejus liber animus ſuique compos, in verum & ſubſiſtens, non quod appareat duntaxat, Bonum ferri poſſit, tum certâ cognitione, tum toto affectu. Et quidem Fideles omnes in iſto gradu & ordine habendi ſunt conſortes, ita ut dicit Deus:* Læta annunciato, *tu Muhammed*, Fidelibus, *de Paradiſo & Victoriâ.* 14, O vos, qui crediſtis, *ſive ex Anſaritis, hoc eſt Medinenſibus, qui* LXX *numero in Akabâ (Akaba locus eſt tribus milliaribus à Meccâ diſtans,) inauguraſtis Muhammedem; ſi ve in genere, Fideles univerſi*, eſtote adjutores Deo, *omnem opem operamque impendentes religioni Dei & Legato. Vel ô Muhammed, tu à Sectatoribus tuis auxiliū pete.* uti dixit *adjumentum operæ poſtulans* Ieſus, filius Mariæ, Apoſtolis, *qui familiares illi & peculiari miniſterio addicti erant, aliis omnibus religione prælucentes:* Quinam adjutores mei *& ſocii*, ad Deum *tendentes unâ mecum auxilii ergo? vel ad Deum vocantes hominum genus?* Dixere Apoſtoli: *utique* nos *in hac ſemita* adjutores Dei, *nempe, divinæ legis ac religionis: prout reverâ eam, quam ſanxiſſet Ieſus (ſuper propheta noſtro illoque pax ſit) ipſo in cœlum ſublato, promovere ſtuduerunt, humanum genus ad religionem illam & Deum vocantes.* Ac proinde credidit *per ipſorum vocationem* pars quædam ex Iſraëlitis *in Ieſum, quæ eum habuit pro ſervo legatoque Dei*; & non credidit pars altera, *quæ eundem Dei filium * dixit. Cùm autem glorioſæ memoriæ Propheta miſſus fuit, Fidelibus omnibus conſentiens dixit, Ieſum eſſe ſervum Dei, ejusque legatum. Hanc qui tenuerunt Fidem, utique potentiâ firmati ſunt, viribusque aucti; ſicut & Deus omnipotens dicit:* Itaque corro-

* *At quid diſertiùs & ſæpius in ipſis Apoſtolorū ſcriptis dicitur?*

corroboravimus *eos argumentis & viribus post Iesu tempora*, qui crediderunt *in Iesum, eumque legatum esse & servum Dei, juvimusque* contra inimicos suos, *qui esse* Deum *dicerent*: ita ut evaserint *Fideles* superiores *Infidelibus & victoriâ potiores.*

Hoc accidisse indè ad Muhãmedis tẽpora, nulla docent historiæ: quin pleraq; contrarium omnes.




Scriptorum Arabum, qui in orationis cultu & eloquentia operam collocarunt, stylum & dictionem cumprimis Corani sui, quem nullibi non venerantur, imitari studuerunt. Atque eâ quoque causâ contigisse puto, quòd & in ipsa Prosa quoddam Poëseos temperamentũ quærant, & periodorum minorumq; partium consonantiâ delectentur. Inque illa eruditionis parte ingeniũ multi & industriam ita probarunt, ut divæ Súadæ suæ, nimium tribuant licet, Corano inquam ipsi, præripuisse palmam meritò sint dicendi. Ex hoc itaque genere specimen aliquod Coranico jam præmisso subjicere, operæ fore pretium arbitror, nec à nostro alienum instituto. Tales inter alia compluria non infimo loco sunt Narrationes Hariræi, *Basrensis, sic à Basra appellati, patriâ Babyloniæ urbe. Qui Hizjræ, id est Refugii Muhammedici, anno* 446 *natus,* 516 *denatus, eo vixit ævo, quod politioribus inter Arabas literis plurimùm floreret. Eamque in hisce ipse promeruit laudem, ut earundem in Asia & Africa studiosis in præsentẽ exinde diem commodior vix alius habeatur author, à quo proprietatem Linguæ, simulque copiam ac elegantiam addiscant. Et dubitatio subit, an non hic sit idem liber cum* מחברות חרירי Mehabberot Hariri, *quẽ in Bibliothecæ Rabbin. appendice laudat Cl. Buxtorfius. Narrationes ejusmodi, sive vulgaris argumenti dissertationes, Arabicè* مقامات Consessus *vocitantur: nempe loci sui nomine res ipsæ; quæ in cœtu homi-*

hominum, ubi pro more consident, commemorari solent. Qui primus tales المقامات Consessus *publicaverit, maximè celebratur* احمد بن حسين الهمداني Ahmed fil. Hosein, Hamedänensis. *Hic quidem duos ea in re alios se priores agnoscit,* ابو الفتح الاسكندراني Abulfathum Alexandrinum, & عيسي بن هشام Isam Hesjâmi filium: *sed quorum nulla ferantur superesse monumenta. Ahmedis verò illius vestigiis se institisse profitetur hic noster; nempe* ابو محمد القسم بن علي بن محمد بن عثمان البصري الحريري Abu Muhammed Alkasim, fil. Alis, fil. Muhammed, fil. Otsman, Basrensis, Hariræus; *qui & simpliciter* ابن الحريري Ibno'lharîri, *quasi* Sericarii filius, *nominatur Iacuto Hamatæo. Consessus autem scripsit ille numero quinquaginta, totidem Vrbium nominibus insignitos & distinctos. Vbique introducitur, qui illas obiisset ac frequentasset, quidam Harit, fil. Hemmâmi; optimi ominis, ut vel ipse judicavit Muhammed, nomine utroque: nam prius* laboriosum & sedulum, *alterum* satagentem suarum rerum & solicitum *notat, ut providi patris diligens filius agnosci posset. Is præcipua in singulis locis visa sibi & observata, scito doctoque sermone refert: & passim meminit senis cujusdam, nomine Abuzeidi, cui occurrerit in nulla non Vrbe, hominis versuti & versatilis, ac Protei aut Vertumni instar varias assumentis formas: unde multa didicisset, quæ facerent ad vitæ usum. Ejusdem verò Harit personam indutus ipse Author suas hîc partes agit, per senem Abuzeidum Tempore designato seu Fortunâ, ut cui proprium sit mutari: ut ita tutiùs, minori cum invidia & odio, censuram exerceret, & seculi sui vitia damnaret corruptosque mores. Et quoniam docere simul vellet quæ Arabicæ linguæ facundia esset, ab Arabiæ Feli-*

cis

cis metropoli, Sanaa, non inauſpicatò initium fecit; à quâ cognomen primo impoſuit Conſeſſui, quem hîc damus. Verſionem ei adjeci, viginti abhinc annis ab auditoribus meis exceptam; at nunc recognitam nonnihil, quò melius exprimeretur genuinus ſenſus. Non tamen tulit linguarum diverſitas, exprimere Latinis verbis, quæ Arabicis tum naturâ, tum arte ineſt energia, & orationi à numeris, propriisque tropis & figuris gratia ſua. Ea obſervabit facilè atque cognoſcet per ſe ipſe Lector. Scholia autem, qualia & olim ſimul à me tradita fuerunt, addere nunc, ubi Lexici copia in promptu ſit, ſupervacaneum duco. Ejuſdem enim Lexici non minùs, quàm Grammaticæ, exercendo uſui & confirmando dicata ſunt hæc Progymnaſmata. In rebus autem ambiguis & obſcuris, ubi eâdem Grammaticæ & Lexici ope quidam fortè ſeſe minùs expedire poſſent, adjumentum, quoad ſatis eſſe exiſtimem, afferent notulæ marginales.





أَلْمَقَامَةُ ٱلْأُولَى ¹ ٱلصَّنْعَانِيَّةُ

حَدَّثَ ٱلْحٰرِثُ بْنُ هَمَّامٍ قَالَ لَمَّا ٱقْتَعَدْتُ غَارِبَ ٱلْاغْتِرَابِ
وَأَنْأَتْنِي ٱلْمَتْرَبَةُ عَنِ ٱلْأَتْرَابِ طَوَّحَتْ بِي طَوَائِحُ ٱلزَّمَنِ
إِلَى صَنْعَاءِ ٱلْيَمَنِ فَدَخَلْتُهَا خَاوِيَ ² ٱلْوِفَاضِ بَادِيَ
ٱلْإِنْفَاضِ لَا أَمْلِكُ بُلْغَةً وَلَا أَجِدُ فِي جِرَابِي مُضْغَةً فَطَفِقْتُ
أَجُوبُ طُرُقَاتِهَا مِثْلَ ٱلْهَائِمِ وَأَجُولُ فِي حَوْمَاتِهَا جَوَلَانَ
ٱلْحَائِمِ وَأَرُودُ فِي مَسَارِحِ لَمَحَاتِي وَمَسَايِحِ ³ غَدَوَاتِي
وَرَوْحَاتِي كَرِيمًا أُخْلِقُ لَهُ دِيبَاجَتِي وَأَبُوحُ إِلَيْهِ
بِحَاجَتِي أَوْ أَدِيبًا تُفَرِّجُ رُؤْيَتُهُ غُمَّتِي وَتُرْوِي رِوَايَتُهُ
غُلَّتِي حَتَّى أَدَّتْنِي خَاتِمَةُ ٱلْمَطَافِ وَهَدَتْنِي فَاتِحَةُ
⁴ ٱلْأَلْطَافِ إِلَى نَادٍ رَحِيبٍ مُحْتَوٍ عَلَى زِحَامٍ وَنَحِيبٍ
فَوَلَجْتُ

1 à صَنْعَاءُ, *à servili irregulariter ascito ad nominis gentilis & possessivi derivationem: uti & à* بهراء *fit* بهراني *Sic ab Alexandria fit Alexandrinus; à Roma Romanus.*

2 *à Singul.* وَفْضَةٌ *pro-priè* pharetra coriacea. *Hîc generaliùs pro* talis materię loculo, *vel* pera *usurpatur.*

3 à غدا & راح manè & vesperi ire *vel* exire, *vel* mane prodire pastum, & indè vesperi redire. 4 *id est* السؤال باللطف : *ita dicitur* الطف الرجل سؤاله . *Alii* ٱلْأَلْطَافَ *legunt, à Sing.* لطف Lotfon, gratia, *pec.* divina.



CONSESSUS PRIMUS

SANANENSIS.



Arrabat Harit filius Hemmámi, inquiens: Cùm insedissem cameli dorsum peregrinandi ergo, atque procul abduxisset me egestas ab æqualibus meis; jactârunt me fluctus fortunæ usque [1] Sanaam Arabiæ Felicis. Eamq; ingressus fui [a] vacuis loculis, conspicuus inopiâ, haud possidens [2] diarii quicquam, nec reperiens in marsupio buccellam. Ideoque institui peragrare vias ejus instar errabundi, & obire vicos ejus [3] ambitu sitientis avis; quærens per tractus quò prospiciebam, perque compita, quibus ibam & redibam, liberalem aliquem, cui [4] perfrictâ fronte exponerem necessitatem meam; vel literatum, cujus conspectus discuteret moerorem meum, cujusque [5] oratio restingueret ardentem sitim meam. Donec tandem adduceret me extremum circuitûs, & perduceret auspicium blandæ percunctationis ad [6] conventum amplum, constantem mutuâ *hominum* compressione & ejulatu. Cum

1 Sanaam] *quæ Arabiæ Felicis metropolis est. & quondam Regum sedes fuit: quasi* insigniter structa *nomẽ sonat. Est & ejus nominis pagus in Gouta seu Viridario Damasci, sesquimiliare ab urbe distans. Ideoque hîc additur* Arabiæ Felicis, *ut illa prior intelligatur.*

a Vacuus loculos, *seu* eos vacuos habens.

2 diarii] *quod de die in diem sufficit viatori.*

3 *quæ* circumvolitat aquam & attingere nequit.

4 perfrictâ fronte] *Verbum sonat* terere vestem quotidiano usu: *Nomen autẽ origine Persicâ* pannum sericum *significat: hîc verò* faciei cutim, *ob mollitiem; quam, ut vestis multo usu teritur, rogitando se trivisse & perfricuisse inquit, deterso quasi pudore.*

5 oratio] *propriè, quâ referuntur aliena dicta, quæque aliorum nititur fide.*

6 *Pecul. ubi audiuntur voces loquentium hominum vel vociferantium.*

فولجت غابة الجمع لأسبر [5] مجلبة الدمع فرأيت في
بهرة الحلقة شخصا شخت الخلقة عليه أهبة السياحة
وله رنة النياحة وهو يطبع الأسجاع بجواهر لفظه ويقرع
الأسماع بزواجر وعظه وقد أحاطت بـه أخلاط الزمر
احاطة الهالة بالقمر والأكمام بالثمر فدلفت إليه
لأقتبس من فوائده وألتقط بعض [6] فرائده فسمعته
يقول حين خب في مجاله وهدرت شقاشق ارتجاله
أيها السادر في غلوايه السادل ثوب خيلايه الجامح
في جهالاته الجانح الي خزعبلاته إلام [7] تستمر علي
غيك وتستمري مرعي بغيك وحتام تتناهي في زهوك
ولا تنتهي عن لهوك تبارز بمعصيتك مالك ناصيتك
وتجتري بقبح سيرتك علي عالم سريرتك وتتواري عن
قريبك وأنت بمرأي رقيبك وتستخفي من مملوكك
وما تخفي خافية علي مليكك أتظن أن ستنفعك
حالك

5 i.q. جالب proliciente, excitante, & procatarctica causam.

6 *A Sing.* فريدة, *propriè* Unio, & auri segmentum, qualia interponi solent gemis aut margaritis.

7 إلام *pro* إلي ما *uti mox* حتام *pro* حتي ما

Cùm itaque intraſſem [7] intimum turbæ, ut cognoſcerem cauſam illius fletus; conſpexi in medio cycli hominem extenuato corpore, inſtructum [8] apparatu itineris religioſi, & clangentem lamento, dum, [9] exprimeret rhythmicas ſententias exquiſito ſermone, pulſaretque aures minis hortationis ſuæ. Cingebant verò illum miſta genera agminum, ſicut circundare ſolet halo Lunam, & tegumenta *ſuos* fructus. Igitur ubi proripui me ad illum, ut proficerem ex ſalutaribus monitis ejus, atque colligerem eximia quædam ipſius dicta; audiebam illum dicentem, cùm jam incitatior eſſet in inſtituto ſuo, [10] ſonarentque è pectore prolata extemporaneæ orationis verba: O tu, qui attonitus in inſolentia [11] tua, laxas veſtem ſuperbiæ, & præceps fereris in multiplici amentia propenſus ad ineptias! Quouſque perſiſtes in delicto tuo, gratumque habebis paſtum proterviæ tuæ? & quamdiu ad ſummum perges placere tibi, nec tamen abſtinere à ludicro tuo? Opponis te contumaciâ tuâ illi, qui prehenſam tenet frontis tuæ comam. Et peccare audes turpitudine vitæ contra eum, qui novit arcanum tuum. Et ſubducis te oculis propinqui tui, ubi ſub conſpectu es obſervatoris tui, & latere cupis ſervum tuum, cùm haud lateat abditi quicquam dominum tuum. An putas fore, ut proſit tibi

Ee ſtatus

7. *Vox propriè notat* interiorem & denſam ſylvam.

8. *qualis eſſe ſolet veſtis lanea, roſarium cujus evolvendis ſphærulis, ſacra repetunt verba, ſcipio, poculum, & ſimilia.*

9. *Verbũ notat non tantùm* imprimere, & obſignare; *ſed etiã* cudere enſem, & excudere.

10. ſonarentque &c.] *Metaphora petita à cameli maris mugitu, quẽ concitatus proſequitur continuatâ voce. Vide Lexicon in* شقشق.

11. tua] *in Arabico eſt* ſua, *tert. perſ. pro ſecund. quod & in aliis Orient. linguis occurrit.*

حَالُكَ إِذَا [8] آنَ ٱرْتِحَالُكَ أَوْ يُنْقِذُكَ مَالُكَ حِينَ تُوبِقُكَ
أَعْمَالُكَ أَوْ يُغْنِي عَنْكَ نَدَمُكَ إِذَا زَلَّتْ بِكَ قَدَمُكَ أَوْ
يَعْطِفُ عَلَيْكَ مَعْشَرُكَ يَوْمَ يَضُمُّكَ مَحْشَرُكَ هَلَّا هَلَّا
ٱنْتَهَجْتَ مَحَجَّةَ ٱهْتِدَائِكَ وَعَجَّلْتَ مُعَالَجَةَ دَائِكَ
وَفَلَلْتَ شَبَاةَ ٱعْتِدَائِكَ وَقَدَعْتَ نَفْسَكَ فَهِيَ أَكْبَرُ
أَعْدَائِكَ أَمَا ٱلْحِمَامُ مِيعَادُكَ فَمَا إِعْدَادُكَ وَبِٱلْمَشِيبِ
إِنْذَارُكَ فَمَا [9] أَعْذَارُكَ وَفِي ٱللَّحْدِ مَقِيلُكَ فَمَا قِيلُكَ
وَإِلَى ٱللّٰهِ مَصِيرُكَ فَمَنْ نَصِيرُكَ طَالَ مَا أَيْقَظَكَ ٱلدَّهْرُ
فَتَنَاعَسْتَ وَجَذَبَكَ ٱلْوَعْظُ فَتَقَاعَسْتَ وَتَجَلَّتْ لَكَ ٱلْعِبَرُ
فَتَعَامَيْتَ وَحَصْحَصَ لَكَ ٱلْحَقُّ فَتَمَارَيْتَ وَأَذْكَرَكَ ٱلْمَوْتُ
فَتَنَاسَيْتَ وَأَمْكَنَكَ أَنْ تُؤَاسِيَ فَمَا آسَيْتَ تُؤْثِرُ فَلْسًا
تُوعِيهِ عَلَى ذِكْرٍ [10] تَعِيهِ وَتَخْتَارُ قَصْرًا تُعْلِيهِ عَلَى بِرٍّ تُولِيهِ
وَتَرْغَبُ عَنْ هَادٍ تَسْتَهْدِيهِ إِلَى زَادٍ تَسْتَهْدِيهِ وَتُغَلِّبُ حُبَّ
ثَوْبٍ تَشْتَهِيهِ عَلَى ثَوَابٍ تَشْتَرِيهِ [11] يَوَاقِيتُ ٱلصِّلَاتِ أَعْلَقُ
بِقَلْبِكَ

8 آنَ pro حَانَ, *vide Radicem utramq;* آين *&* حين *in Lexico.*

9 al. legunt اِعْذَارُكَ (quid est,) per quod excusare te possis?

10 à وَعَى memoriæ mandavit; *vel etiã* auribus, *id est* audivit.

11 Singul. est يَاقُوتٌ hyacinthus, & gẽma pretiosa: *atq; hinc* talis res quævis & exquisita.

ſtatus tuus, quando advenerit tempus migrationis tuæ? vel ut eripiant te opes tuæ, ubi te exitio dederint opera tua? aut ut ſufficiat pro te pœnitentia tua, poſtquam fefellerit te lapſu pes tuus? utve vicem tuam doleat ſociorum turba, quando comprehenderit te congregationis [12] locus? An non incedas apertâ viâ, quæ te rectà ducat, & properes ad medelam morbi tui; atque retusâ acie iniquitatis tuæ inhibeas animã tuam; quippe quæ maxima hoſtis tua? Nunquid mors deſtinatus tibi finis eſt; & quid à te paratum illi? Canitie commoneris ut metuas; ſed quæ excuſationes tuæ? Atque in ſepulchro [13] cubandum tibi; & quid à te [14] dici poteſt? Eſtq; ad Deum redeundum tibi; quis verò futurus defenſor tuus? Diu eſt, quod te expergefecit Tempus; verùm finxiſti ſomnolentum te. Traxitque te admonitio; at præbuiſti refractarium te. Et ob oculos tibi propoſita fuerunt exempla; ſed ſimulaſti cœcum te. Et nudum patuit tibi verum juſtumque; ſed contrà diſputaſti. Et meminiſſe te *ſui* juſſit mors; at ſimulaſti oblviſci te. Poteſtas tibi data fuit benefaciendi aliis: non tamen benefeciſti. Præfers nummum, quem recondas, [15] monito quod memoriâ ſerves. Mavisq; inſigne ædificium efferre, quàm beneficium conferre. Ac deſiderium avertis à duce, quem roges ut rectam monſtret tibi viam, ad viaticum quod tibi cupis offerri. Præponisque amorem veſtis, quam expetis, præmio quod comparare tibi poſſes. Et pretioſa munerum magìs inhærent animo tuo,

12 locus] *vel* tempus, *quo poſt Reſurrectionem* conveniente *omnes ad tribunal Dei.*

13 *propriè,* dormitio, *vel* dormitorium tuum, *& pec.* meridianum.

14 dici] *vel* reſponderi: *alludit ad examẽ, quo defunctorũ omnes probari credũt à duobus angelis,* NECÎR *&* MUNCER. *vide Lexic.*

15 *pecul. notat* dictũ ex Corano *vel* Suna, *&* memorationẽ omnẽ divinarum rerũ.

بِقَلْبِكَ مِنْ مَوَاقِيتِ ٱلصَّلٰوةِ وَمُغَالَاةُ ٱلصَّدُقَاتِ آثَرُ عِنْدَكَ
مِنْ مُوَالَاةِ ٱلصَّدَقَاتِ وَصِحَافُ ٱلْأَلْوَانِ أَشْهَي إِلَيْكَ مِنْ
صَحَايِفِ ٱلْأَدْيَانِ وَدُعَابَةُ ٱلْأَقْرَانِ آنَسُ لَكَ مِنْ تِلَاوَةِ
ٱلْقُرْآنِ تَأْمُرُ بِٱلْعُرْفِ وَتَنْتَهِكُ حِمَاهُ وَتَحْمِي عَنِ ٱلنُّكْرِ
وَلَا تَتَحَامَاهُ وَتُزَحْزِحُ عَنِ ٱلظُّلْمِ ثُمَّ تَغْشَاهُ وَتَخْشَي ٱلنَّاسَ
وَٱللّٰهُ أَحَقُّ أَنْ تَخْشَاهُ ثُمَّ أَنْشَدَ

تَبًّا لِطَالِبِ دُنْيَا ثَنَي إِلَيْهَا ٱنْصِبَابَهْ * pro ٱنْصِبَابَهُ
مَا يَسْتَفِيقُ غَرَامًا بِهَا وَفَرْطَ صَبَابَهْ * pro صَبَابَةٍ
وَلَوْ دَرَي لَكَفَاهُ مِمَّا يَرُومُ صُبَابَهْ

ثُمَّ إِنَّهُ لَبَّدَ عَجَاجَتَهُ وَغَيَّضَ مُجَاجَتَهُ وَٱعْتَضَدَ شَكْوَتَهُ
وَتَأَبَّطَ هِرَاوَتَهُ فَلَمَّا رَنَتِ ٱلْجَمَاعَةُ إِلَي تَحَفُّزِهِ وَرَأَتْ تَأَهُّبَهُ
لِمُزَايَلَةِ مَرْكَزِهِ أَدْخَلَ كُلٌّ مِنْهُمْ يَدَهُ فِي جَيْبِهِ فَأَفْعَمَ لَهُ
سَجْلًا مِنْ سَيْبِهِ وَقَالَ ٱصْرِفْ هٰذَا فِي نَفَقَتِكَ أَوْ فَرِّقْهُ
عَلَي رُفْقَتِكَ فَقَبِلَهُ مِنْهُمْ مُغْضِيًا وَٱنْثَنَي عَنْهُمْ مُثْنِيًا وَجَعَلَ

* تَبًّا supple أَلْزَمَهُ ٱللّٰهُ malum imponat inferatve ei Deus. *Simili enim cum ellipsi aliqua in accusandi casu usurpantur voces nominave verbalia bene vel malè precandi: aut juxta alios Adverbialiter.*

يودع

quàm [16] ſtata tempora precationis. Ac licitationes [17] nuptialiũ donorum potiores apud te ſunt continuandis largitionibus eleëmoſynarum. Patinæque variorum ciborum magis appetuntur tibi, quàm paginæ divinarum rerum. Et jocoſus ludus ſociorum familiarior tibi eſt lectione Corani. Præcipis quod æquum eſt; & ipſe violas ſacrum ejus: prohibesque iniquum; ſed te non contines ab eo. Et retrahis alios ab injuſtitia; tum ipſe ad eam te [18] applicas: timesque homines, cùm [19] potiſſimùm oporteat timere Deum. Tum carmine prolocutus fuit:

Malum illi, qui mundum petit, flectens eò curſum ſuum.
Neq; enim ad ſe redire poteſt, detentus amore ejus, & nimio deſiderio.
At ſi noſſet; ſatis illi de eo, quod expetit, foret pauxillum.

Tum quidem depreſſo [20] clamore ſuo, & ſiccato [21] lacrymarum fluxu, ſub brachiũ aſſumpſit manticam ſuam, & axillis ſuum ſuppoſuit ſcipionem. Cùm verò fixis in eum oculis animadverteret cœtus illum ſurgere, videretque componere ſe ad deſerendum locum ſuum; immiſerunt eorum quiſque manum ſuam in ſinum, & impleverunt illi ſitulam munificentiâ ſuâ; inquientes: Impendito hoc cùm erogare quid voles, aut diſtribuere inter ſocios tuos. Ille quidem accepit ab iis ſitulam palpebras [22] contrahens, & regreſſus indè fuit gratias agens. Inſtituit autem

16 quæ ſunt quinque, diluculum, ortus ſolis, meridies, poſt meridiem, & ſolis occaſus.

17 quæ futura conjugi promittit maritus, imprimis præſtanda tempore repudii vel mortis.

18 applicas] *à* tegendo *&* veniendo: *quæ duo Verbum notat.*

19 *propriè*, Deus dignior ſit quem timeas.

20 *vel* pulvere, quem concitaſſet. *i. e. orationis remiſſâ vehementiâ.*

21 manante ex ore & oculis humore, *ita uti in ejulatu fit.*

22 *ſeu* claudens, iiſve nictans; *prout & ex pudore fieri ſolet.*

يُوَدِّعُ مَنْ يُشَيِّعُهُ لِيُخْفِيَ عَلَيْهِمْ *مَهْيَعَهُ وَيَسْرُبُ مَنْ
يَتْبَعُهُ لِكَيْ يُجْهَلَ مَرْبَعُهُ ، قَالَ ٱلْحَرِثُ بْنُ هَمَّامٍ فَٱتَّبَعْتُهُ
مُوَارِيًا عَنْهُ عِيَانِي وَقَفَوْتُ *أَثَرَهُ مِنْ حَيْثُ لَا يَرَانِي حَتَّي
ٱنْتَهَي إِلَي مَغَارَةٍ فَٱنْسَابَ فِيهَا عَلَي غِرَارَةٍ فَأَمْهَلْتُهُ *رَيْثَ
مَا خَلَعَ نَعْلَيْهِ وَغَسَلَ رِجْلَيْهِ ثُمَّ هَجَمْتُ عَلَيْهِ فَوَجَدْتُهُ
مُثَافِنًا لِتِلْمِيذٍ عَلَي خُبْزٍ سَمِيذٍ وَجَدْيٍ حَنِيذٍ وَقُبَالَتَهُمَا
خَابِيَةُ نَبِيذٍ فَقُلْتُ لَهُ يَا هٰذَا أَيَكُونُ ذَاكَ خَبَرَكَ وَهٰذَا
مَخْبَرَكَ فَزَفَرَ زَفْرَةَ ٱلْقَيْظِ وَكَادَ يَتَمَيَّزُ مِنَ ٱلْغَيْظِ وَلَمْ
يَزَلْ يُحَمْلِقُ إِلَيَّ حَتَّي خِفْتُ أَنْ يَسْطُوَ عَلَيَّ فَلَمَّا أَنْ
خَبَتْ نَارُهُ وَتَوَارَي أُوَارُهُ أَنْشَدَ

لَبِسْتُ ٱلْخَمِيصَةَ أَبْغِي ٱلْخَبِيصَهْ

وَأَنْشَبْتُ شِصِّي فِي كُلِّ شِيصَهْ ،

وَصَيَّرْتُ وَعْظِي *أُحْبُولَةً

أُرِيغُ ٱلْقَنِيصَ بِهِ وَٱلْقَنِيصَهْ ،

*propriè, via aperta & ampla. Radix notat expansum esse.

* vel أُثْرَهُ

*i.e. قَدْرَ مَا

* أُحْبُولَةٌ & أُحْبُولٌ i.q. حِبَالَةٌ rete. Ca-

والجاني

vale dicere iis, qui deducebant eum; ut lateret eos quam insisteret viam: jussitque qui sequebantur ipsum, alios post alios abire, ut ignorarent, quónam reciperet se. Inquiebat Harit, Hemmâmi filius: At ego persequutus illum fui, ponè ab eo avertens conspectum mei; & à tergo legi [23] vestigia ejus ab eâ parte, quâ videre me non posset: donec perveniret ad cryptam quandam, in quam irrepsit incautè. Concessi autem illi moram, usque dum exuisset calceos suos, & lavisset pedes. Deinde irrui ad illum, atque repperi assidentem discipulo cuidam ad panem [24] similagineum hœdumque assatum, & positâ ante ambos seriâ vini. Dixique illi: Hem [25] tu! estne illud quod dicis, & hoccine quod de te dicendum? Tum ille gemebundus spirare, ac si exspirasset æstum: parúmque aberat, quin dirumperetur irâ. Neque cessavit torvè ad me respicere, adeò quidem, ut timerem ne insultaret mihi. At postquam deferbuisset ignis ejus, ac consedisset flamma, recitavit carmen:

Indui [26] prætextam expetens [27] commodiorem vitam, & hamum injeci meum in quemcunque [28] fructum.
Constituique monitionem meam rete, quo caperem [29] omnis generis prædam.

Nam-

23 *in Arab. Singulare pro Plurali ponitur: vel usurpatur ut Præpositio*, à tergo incessi per vestigia ejus.

24 *Arabicū nomen convenit cum Græco* σεμίδαλις.

25 *Ad verbū* O hic: *ponitur tertia persona pro secunda; ita uti etiā num.* 11 *notatum fuit.*

26 *Est* vestis nigra quadrata, gemino signo limbove insignis: *juxta alios*, vestis virgatæ genus.

27 commodiorem vitam] *seu* suaviorem: dulce quid & delicias; *propriè* edulium ex dactylis & butyro.

28 fructum] *notat* vilius dactylorum genus, osse carens: *vel* piscis minoris speciem; *quod convenit* hamo, *nomini præcedenti.*

29 *propriè* feram marem & fœmellam.

وَأَلْجَأَنِي ٱلدَّهْرُ حَتَّى وَلَجْتُ

بِلُطْفِ ٱحْتِيَالِي عَلَى ٱللَّيْثِ *غِيضَهْ ،

عَلَى أَنَّنِي لَمْ أَهَبْ صَرْفَهُ

وَلَا نَبَضَتْ لِي مِنْهُ فَرِيصَهْ ،

وَلَا شَرَعَتْ بِي عَلَى مَوْرِدٍ

يُدَنِّسُ عِرْضِي نَفْسٌ حَرِيصَهْ ،

وَلَوْ أَنْصَفَ ٱلدَّهْرُ فِي حُكْمِهِ

لَمَا مَلَّكَ ٱلْحُكْمَ أَهْلَ ٱلنَّقِيصَهْ ،

ثُمَّ قَالَ لِي أُدْنُ فَكُلْ وَإِنْ شِئْتَ فَقُمْ *وَقُلْ فَٱلْتَفَتُّ إِلَى تِلْمِيذِهِ وَقُلْتُ *عَزَمْتُ عَلَيْكَ بِمَنْ تَسْتَدْفِعُ بِهِ ٱلْأَذَى لَتُخْبِرَنِّي مَنْ ذَا فَقَالَ هٰذَا أَبُو زَيْدٍ ٱلسَّرُوجِيُّ سِرَاجُ ٱلْغُرَبَاءِ وَتَاجُ ٱلْأُدَبَاءِ فَٱنْصَرَفْتُ مِنْ حَيْثُ أَتَيْتُ *وَقَضَيْتُ ٱلْعَجَبَ مِمَّا رَأَيْتُ ٭

* غيضة propriè, ex arboribus in se perplexis sylva, & arundinetum: *quæ cubilia esse solent leonũ.*

* vel وَقُلْ (surge) & dic, *quod libet.*

* *legi quoq;* عَزَمْتُ *potest.*

* *vel* قَضَّيْتُ

Namque me impulit sæculi fortuna, ut intrare debeam lenitate technæ meæ latibulum leonis.

Nec verò extimesco [30] impetum ejus, neque commota mihi indè scapula tremiscit.

Non tamen duxerit me ad potum, qui contaminet honorem meum, anima avara.

Quod si justa esset Fortuna in judicio suo, equidem non committeret illa imperium hominibus vitiosis.

Deinde dixit mihi: Accede, & comede; & si voles, consiste, ac quiesce. Ego autem conversus ad discipulum ejus, inquiebam: Conjuro te per eum, quem imploras [31] depulsorem mali, ut significes mihi, quisnam hic sit. Respondit ille: Est Abuzeidus [32] Serogianus, peregrinorum lucerna, & literatorum corona. Tum verò ego recepi me unde veneram, summâ affectus admiratione eorum, quæ vidissem.

[30] *seu* casum & mutationem: *ut referatur ad fortunam.*

[31] *id est,* Deũ omnipotentem.

[32] *à* سروج Serogium, *quod Mesopotamiæ est oppidum, prope Harrân sive Carras: frequentatum ab Harirao; ut scribit Iacutus.*



NUNC & Ligatæ orationis pro exercitatione specimen adjiciemus, quod cum præcedenti Narratione sive Consessu quondam à me philarabibus simul traditum atque expositum fuit. De versione & scholiis præsentique instituto meo idem habendum, quod ibidem præfatus fui. Est autem hoc poëtæ perquã celebris carmen, scilicet Abu'l,olæ, Mearrensis, Tenochitæ. Quippe patria معرة fuit, quæ & معرة النعمان vocata ad alterius معرة النسرين distinctionem, in Syriæ ditione Emessana oppidum: tribus verò sive familia, ex qua natus, تنوخ fuit, ita dictorũ Arabum, qui illic sedem fixerant. Patrem & complures habuit propinquos literis & doctrinâ claros. Circa Hizjræ, id est, Epochæ Muhammedicæ, quadringentesimum vixit floruitve annum, dimidio quasi sæculo ante Hariræum, de quo proximè verba fecimus. Ætatis anno tertio ecthymatis seu variolis correptus amiserat visum: eoq; majori studio & curâ eductus edoctúsq; fuit, ut hoc naturæ damnũ mentis acie & meliori lumine pensari posset. Et quanquã unius duntaxat visi coloris rubri se meminisse diceret; visibiles tamẽ res præcipuas ferè omnes ad vivum eleganter carminibus expressit. Qualia plurima exstant cùm in variis scriptis alibi, tum in eo potissimùm opere, quod سقط الزند Sikta 'zzendi, elapsam excussamve igniarii scintillam, ingenii nempe scientiæve specimen, inscribere visum

ſum illi fuit. Aliud quoq; & longè majus compoſuit opus, plures quàm decies mille verſus continens, quod à finalibus carminum Conſonantiis لزوم ما لا يلزم vocavit: ubi è contrario de intellectualibus rebus, & de vanitate mundi ac contemptu tractat. Ex primo illo opere, ob mirandam hominis ſolertiam, velut ab ortu cæci, القصيدة poëma hoc, quod ordine primum occurrit, hîc exhiberi tibi, Linguæ ſtudioſe Lector, non fore ingratum neque infructuoſum ſpero. Argumentum miſcellum eſt & varium: ſcopus tamen primarius, celebrare Arabum principē quendam; cujus ita enarrat virtutes, ut laudet quoque arma & equos. Ad eum cùm ipſe itinere contendiſſe ſe ſcribat fingatve, de ſuo etiam, quo vectus eſſet, jumento verba facit; nec non de loci illius, quem tranſiiſſet, expetita ad conjugiū, nobili puella. Exordium verò ducit à fallaci apparentium rerū imaginatione: pro qua nō omnes, qui oculis præditi, rectè de vero judicare poſſint, nec quod eſſet itineris ab ipſo ſuſcepti inſtitutum. Si aliqua fortè occurrant, quæ à genio & ſtylo noſtri orbis abhorrere videantur; ſcito cuique ſuum, & Orienti peculiarem eſſe; ac ſæpe idem ſignificari ab omnibus, ſed non eodem modo. Quin talis diverſitas etiam in una eademque ſpectatur gente. Antiquos ſuorum Arabum poëtas, Scenitarum inprimis, noſter hîc voluit imitari; inter quos ejuſmodi tum vitæ mores, tum orationis tropi & ſchemata obtinebant.



قَالَ ٱلشَّيْخُ أَبُو ٱلْعَلَا أَحْمَدُ بْنُ عَبْدِ ٱللَّهِ ٱبْنِ سُلَيْمَانَ
فِي مَذْهَبِ ٱلْمَدِيحِ وَلَمْ يَكُنْ مِنْ طُلَّابِ ٱلرِّفْدِ *

وَٱلْوَزْنُ مِنَ ٱلْوَافِرِ ٱلْأَوَّلِ وَٱلْقَافِيَةُ
مِنَ ٱلْمُتَوَاتِرِ وَهُوَ مُتَحَرِّكٌ ،

أَعَنْ [1] وَخْدِ ٱلْقِلَاصِ [2] كَشَفْتِ [3] حَالَا
وَمِنْ عِنْدِ ٱلظَّلَامِ طَلَبْتِ * مَالَا ،
وَدُرًّا خِلْتِ أَنْجُمَهُ عَلَيْهِ
وَهَلْ لَا خِلْتِهِنَّ بِهِ ذُبَالَا ،
وَقُلْتِ ٱلشَّمْسُ بِٱلْبَيْدَاءِ تِبْرٌ
وَمِثْلُكِ مَنْ تَخَيَّلَ ثُمَّ خَالَا ،
وَفِي [4] ذَوْبِ ٱللُّجَيْنِ طَمِعْتِ لَمَّا
رَأَيْتِ سَرَابَهَا يَغْشَى ٱلرِّمَالَا ،

رماك


* *vel* مَا لَا quod non est?

1 *est* incessus, qui celeri diductoq; gradu, ac cum succussu fit.

2 *Semet alloquitur Poëta, vel sociū. at Tabrizius hoc Verbum, & sequētia, in Fœm. per* TI *finale legit, & ad animā refert.*

3 حَالَا *pro* حَالًا *licentiâ poëticâ, ad servandā Consonantiam.*

4 *prop. est* liquefactio.



Infit V. Rev. Abu 'lola, Ahmed, fil. Abdallæ, fil. Solimân, more encomiaſtico. Non tamen ex iis fuit, qui remunerationem captant.

Metro *carminis* Copioſi, *ita ceu proprio dicti nomine, & quidem generis* primi; Conſonantiâ autem conſequente & mobili. *De quibus conſule Proſodiam.*

NUM ex properato greſſu camelorum detexeris [1] ſtatum, (*robur eorum, vel iter?*)
& ex obſcura nocte quæſiveris opes?
Et margaritas *eſſe* imagineris ſtellas in ea,
& an non putes eas *eſſe* ibi ellychnia *accenſa?*
Dicaſque ſolem in deſerto *eſſe* aurum?
at tui ſimilis *fuerit*, qui imaginetur inibi
[2] nævum: *qualis in facie ſæpe micat.*
Fuſumque argentum concupiſcas, quando
vides [3] vaporem ejus (*ſolis*) tegentem arenas?

1 *vel an ſtatum modumque ejuſmodi greſsûs ſpectas? Interrogatio in hiſce æquivalet prohibitioni:* ne facito talia.

2 *nam in tremulo ejuſmodi lumine quid ſimile apparet.*

3 *Vide Adag.* LV, *pag.* 92. *Sic falluntur homines externâ rerum ſpecie.*

رُمَاكَ ٱللَّهُ مِنْ نُوقٍ بِرُوقٍ
مِنَ [5] ٱلسَّنَوَاتِ تُشْكِلُكَ ٱلْإِفَالَا ،
وَقَدْ أَكْثَرْتَ نُقْلَتَنَا وَكَانَتْ
صِغَارُ ٱلشُّهُبِ أَسْرَعُهَا ٱنْتِقَالَا ،
تُذَكِّرُكَ [6] ٱلثَّوِيَّةُ مِنْ [7] ثُدَيٍّ
ضَلَالَ مَا أَرَدْتَ بِهِ ضَلَالَا ،
وَلَوْ إِنَّ ٱلْمَطِيَّ لَهَا عُقُولٌ
وَجَدِّكَ لَمْ نَشُدَّ بِهَا عِقَالَا ،
مُوَاصَلَةٌ بِهَا رَحْلِي كَأَنِّي
مِنَ ٱلدُّنْيَا أُرِيدُ بِهَا ٱنْفِصَالَا ،
سَأَلْنَ فَقُلْتُ مَقْصِدُنَا بِسَعِيدٍ
فَكَانَ ٱسْمُ ٱلْأَمِيرِ لَهُنَّ * فَالَا ،
مُكَلِّفُ خَيْلِهِ قَنْصَ ٱلْأَعَادِي
وَجَاعِلُ غَابِهِ ٱلْأَسَلَ ٱلطِّوَالَا ،
تَكَادُ قِسِيُّهُ مِنْ غَيْرِ رَامٍ
تُمَكِّنُ فِي قُلُوبِهِمِ ٱلنِّبَالَا ،

[5] Sing. سَنَةٌ, pec. annus sterilis.

[6] à ثوي, Principe, ita dictus prope Cufam locus; carcere celebris, in quo cum illo Principe & alios insidiatores vitæ suæ captivos tenebat Nomân Ibn Mundar. Iac.

[7] Nom. loci in Syria. Iac.

* pro فَأْلًا

Conjecit (*vel* conjiciat) te Deus [4] ex camelis in dentatos (voraces mordacesque)
annos, ſimilem te reddentes camelis minutis, (*id eſt* extenuantes te.)

Iamque multiplicaſti migrationem meam, & fuerunt
minores * ſtellarum celerrimæ latione.

Memorat te Tewîa indè à [5] Tudeio,
pro errore quem voluiſti errare, (*id eſt* èrrabundum.)

Et quidem ſi jumentis aliquæ intelligentiæ,
[6] profectò non illigaſſemus illis pedicam:
ut conſiſterent ad aliquam quietis moram.

Continuatum iis iter meum; ut viderer ego
è mundo velle ipſorum ope diſcedere.

Quæſiverunt *jumenta*, *quò tenderem*; ac dixi:
Quem petimus, Saîdus *eſt*.
atque fuit *hoc* nomen Principis bonum
ipſis [7] omen: *nempe, ut videtur, ad accelerandum iter.*

Qui adigit equos (*vel* equites) ſuos ad venandum hoſtes,
conſtituens ſylvã ſuam haſtas proceras.

Parum abeſt, quin arcus ejus ſine ſagittario,
defigant in illorũ (*hoſtium*) cordibus ſagittas.

Tantùm

4 *vel* ô camele fœ. *tũque in hoc & ſequenti verſu ſecũda perſona in genere fœm. legi debet, cum Keſra. Ita & Tabrizius habet.*

* *etiã* cadentiũ. *Cum hiſce comparat ſeipſum, vel minores corpore camelos.*

5 *ex Syria in Meſopotamiã per ſolitudines vectus camelo fuerat.*

6 *propriè*, per laborẽ tuũ.

7 *nam* Saîd *eſt* felix.

تكاد سيوفه من غير سل
تجد الى رقابهم انسلالا ،

تكاد سوابق حملته تغني
عن الاقدار صونا وابتذالا ،

ولما لم يسابقهن شيء
من الحيوان سابقن الظلالا ،

ترى [9] اعطافها ترمي حميما
كاجنحة البزاة رمت فسالا ،

وقد ذابت بنار الحقد منها
شكايمها فمازجت الزلالا ،

يذقن بني العصاة اليتم صرفا
ويتركن [10] الجآذر والسخالا ،

صيد الملوك ثعالب وارانب
واذا ركبت فصيدك الابطالا ،

فما يرمين بالآجال اجلا
ويرمين المقانب والرعالا ،

9 *sunt* partes corporis præ cæteris ad flexum factæ: *ut crura, inguina, colla equorum.*

10 *Singul.* جؤذر & جوذر

يغادرن

Tantùm non enses illius citra eductionem
[8] properant ad cervices eorum surrependo.

Tantùm non veloces (equi,) qui illum vehunt, carere possunt
regimine, quo consistant & sese effundant.

Et cùm non certat cursu cum iis aliquod
animal, cursu contendunt ipsi contra umbras *suas*.

Videas latera eorum ejicere sudorem;
sicuti alæ accipitrum rejiciunt [9] plumas:

Et quasi liquescere igne acris iræ eorum
lupata sua, quæ se commisceant salivæ.

Gustare faciunt *equi* filios rebellium orbitatem omnino,
parcuntque [10] pullis vaccarum sylvestrium pullisque caprearum.

Præda regum vulpes & lepores:
at cùm tu equitas, utique venaris heroas.

Neq; verò impetunt *equi* extremis fatis [11] pulchrarum turbam;
sed petunt cohortes virorum & turmas.

8 *vel* amputant, *aut* frangunt: *sed tum Præpositio pendet à sequenti Act.* surrependo.

9 *cum albicantibus plumis comparat album sudorem.*

10 *per eos formosæ denotantur virgines: quia animalia illa oculis, corporis symmetriâ & nitore excellunt; fugiuntq; conspectum.*

11 *prop.* bucularum sylvestriũ agmen: *& in ipsâ nominum convenientiâ ludit.*

يُغَادِرْنَ ٱلْكَوَاعِبَ *خَاسِرَاتٍ
بِبَيْنٍ مِنَ ٱلْغُدَاةِ مِنَ ٱسْتِنَالَا ،
يَبِعْنَ [11] تُرَاثَ آبَاءٍ كِرَامٍ
وَيَشْرِينَ [12] ٱلْحُجُولَ [13] وَٱلْحِجَالَا ،
يُغَالِينَ ٱلْمَدَارِعَ [14] وَٱلْمَدَارِي
وَيُرْخِصْنَ ٱلْمَنَاصِلَ [15] وَٱلنِّصَالَا ،
يُبَلُّ بِهَا ٱلْبَسَابِسُ [16] وَٱلْمَوَامِي
فَتًى لَمْ تَخْشَ هِمَّتُهُ مَلَالَا ،
ذَكِيُّ ٱلْقَلْبِ يَخْضُبُهَا نَجِيعًا
بِمَا جَعَلَ ٱلْحَرِيرُ لَهَا [17] جِلَالَا ،
مَتَى يَنْزِمْ عَلَى بَلَدٍ بِسُوطٍ
فَقَدْ أَمِنَ ٱلْمُثَقَّفَةَ ٱلنِّهَالَا ،
إِذَا سَقَتِ ٱلسَّمَاءُ ٱلْأَرْضَ سَجْلًا
سَقَاهَا مِنْ [18] صَوَارِمِهِ سِجَالَا ،
وَيُضْحِي وَٱلْحَدِيدُ عَلَيْهِ [19] شَاكٍ
وَيَكْفِي مِنْ مَهَابَتِهِ ٱلنِّزَالَا ،

* in Accus. quia modus indicatur.

11 à ورث prop. hæreditatem.

12 Si. حَجْلٌ

13 Si. حَجَلَةٌ

14 est pro ٱلْمَدَارِيُّ

15 Sin. نَصْلٌ

16 à موم, quod vide in Lexico.

17 Sin. جُلٌّ

18 Sin. صَارِمٌ

19 al. شَاكِي à شوك

فيغني

Relinquunt juvencæ, denudantes vultum,
[12] intervallo sequentis diei illos, qui *è suis* oppetivere *fatum*.
Vendunt *ipsæ*[13] bona patrum nobilium;
atq; emunt compedes aureas & thalamos sponsales.
Caro comparāt tunicas & discriminales acus; vilique æstimant enses cuspidesque. *Quòd, uti videtur, puellæ ejusmodi numero permultæ sint.*
[14] Rigat iis (*equis*) deserta & periculosa loca
Vir; cujus generosus animus haud ullum metuit tædium.
Acer corde, tingit illos cruore *hostium*,
pro eo quòd posuerit sericum ipsis in tegumenta: *domi molliter habiti equi illi, norunt gaudentque subire in bello labores & discrimina.*
Cùm clientelæ submittit regionem flagello,
protinus tuta est ab [15] hastis [16] sitibundis. *At si quæ in clientelam & fidem se dare recusaverit,*
Quum propinat cœlum terræ urnam,
Ipse affundit illi è gladiis suis [17] urnas.
Illustris fulget, dum in corpore suo [18] ferrum ceu [19] spinis horret: sed *ipse* sufficit venerabili aspectu suo ad pugnam. *Satìs est illum vel armis nudum descendere in arenam.*

12 *i.e.* postridie.

13 *imprimis arma: quod iis permittit clemens victor, ut ornâtum sibi comparent, conjugio expetendæ.*

14 *id est*, pervadit, subjugatque, & domat.

15 *prop.* in rectum æquatis instrumēto, quod TIKÂF *dicitur.*

16 *i.e. sanguini fundendo factis.*

17 *Hostilis sanguinis copiā effundit.*

18 *i.e.* arma.]

19 *quarū metuitur contactus: vel* præ se fert virtutem.

فَيُغْنِي ٱلدِّرْعَ لِبْسًا *وَٱلْيَمَانِي

صِحَابًا وَٱلرُّدَيْنِيَّ ٱعْتِقَالَا ،

يَبِيتُ مُسَهَّدًا وَٱللَّيْلُ يَدْعُو

بِضَوْءِ ٱلصُّبْحِ خَالِقَهُ ٱبْتِهَالَا ،

إِذَا سَئِمَتْ مُهَنَّدَهُ يَمِينٌ

لِطُولِ ٱلْحَمْلِ بَدَّلَهُ شِمَالَا ،

أَفَانَ ٱلْمُرْهَفَاتِ ضِيَاءُ عَزْمٍ

فَصَارَ عَلَى جَوَاهِرِهَا صِقَالَا ،

وَأَبْصَرَتِ ٱلذَّوَابِلُ مِنْهُ عَدْلًا

فَأَصْبَحَ فِي [20]عَوَامِلِهَا ٱعْتِدَالَا ،

وَجِنٍّ تَمْلَأُ ٱلْفَوْدَيْنِ شَيْبًا

وَلَكِنْ يَجْعَلُ ٱلصَّخْرَ خَالَا ،

أَرَدْنَا أَنْ نَصِيدَ بِهِ مَهَاةً

فَقَطَّعَتِ ٱلْحَبَائِلَ وَٱلْحِبَالَا ،

*ponitur pro وَٱلْيَمَانِيَّ

20 S. عَامِلٌ pars hastæ sub cuspide.

ودم

Ita ut loricam uſurpet pro veſte, enſem pro comitatu, & haſtam ut ſibi ſupponat; *brachio femorive ſuo, prout geſtare eam equiti mos eſt.*

Dum pernoctat vigilans, nox *territa* invocat, ut illuceſcat aurora, creatorem lucis obnixâ ſupplicatione.

Quando pertæſa eſt gladium illius dextra ex longa geſtatione, permutatim ipſe tranſfert eum in ſiniſtram.

Impertit enſibus lucem ſtudii conſtantis, quæ ſuper [20] præſtantiæ eorum notis exiſtat politura.

Spectant flexiles haſtæ juſtitiam illius, quæ facit ut in extremis ſuis ſe dirigant in rectum. *Vt quaſi obſequantur illi ſuopte nutu, & ad exercendam juſtitiam inſerviant; vel ut ſuâ eam rectitudine imitentur.*

[20] *vide* فرند *in Lex. Sunt* ſtricturę vermiculares *vel* undoſæ, *quæ ex optimo ferro in conſpectum prodeunt poliendo.*

Et pars noctis implet tempora canitie; at *ipſe* facit campum *in iis* eſſe [21] nævum. *Hinc tranſit jam Poëta ad mentionem amoris ſui, & ſimul deſcriptionem equi. Fabulatur ſe à noctis illius luce invitatum eſſe, ut adiret abduceretque quam votis expetiſſet. Etenim Scenitæ Arabes in laude ponebant, conjugem depoſcere ejuſmodi, tanquam fortis animi, facinore & documento.*

[21] *Nox ſplendore enſium lucet: humus verò denigratur cruore. atque ita duo contraria ipſe jungit.*

Voluimus venari in eâ (*nocte*) * buculam feram ſed ipſa rupit retia & funes.

* *Vide notas num.* 10.

وَنَمَّ بِطَيْفِهَا ٱلسَّارِي جَوَانٌ
فَجَنَّبَنَا ٱلزِّيَارَةَ وَٱلْوِصَالاَ ،
وَأَيْقَظَ بِٱلصَّهِيلِ ٱلرَّكْبَ حَتَّى
ظَنَنْتُ صَهِيلَهُ قِيلًا وَقَالاَ ،
وَلَوْلاَ غَيْرَةٌ مِنْ * أَعْوَجِيٍّ لَبَاتَ
يُرِي ٱلْغَزَالَةَ وَٱلْغَزَالاَ ،
يُحِسُّ إِذَا ٱلْخَيَالُ دَنَا إِلَيْنَا
فَيَمْنَعُ مِنْ تَعَهُّدِنَا ٱلْخَيَالاَ ،

سَرَى بَرْقُ ٱلْمَعَرَّةِ بَعْدَ وَهْنٍ
فَبَاتَ بِرَامَةٍ يَصِفُ ٱلْكَلاَلاَ ،
شَجَا رَكْبًا وَأَفْرَاسًا وَإِبْلًا
21 وَمِرَادًا فَكَادَ أَنْ يَشْجُو ٱلرِّحَالاَ ،
بِهَا كَانَتْ جِيَادُهُمْ مِهَارًا
وَهُمْ مُرْدًا وَبُزْلُهُمْ فِصَالاَ ،

* ab أَعْوَج *nomen equi, virtute suâ quōdam celeberrimi.*

21 *potiùs à S:* مريد *audax, quā ab* امرد *imberbis.*

ومن

Prodiditque imaginem ejus noctu obeuntem equus cursu præstans, (*etiam visu & auditu:*)
atque prohibuit nos visere *eam* & adire.

Excitavit hinnitu comitum turbam, ita ut
putarim hinnitum esse * verba & dicta.

* *vel* dicere & dici, *i. e.* sermonem.

Et si non *obfuisset* æmulatio, *ne hinnitu & subtili perceptione vinceretur* ab Awazjîo; sanè potuisset *equus, vel comitatus,* eâ nocte
videre [22] Solem, dorcadisque pullum.

[22] *Solem noctu contueri, plus quàm mirũ. Est & hîc notanda paronomasia: cujus utrâque re pulchram virginẽ designare solent.*

Sentiebat *equus*, quando spectrum ad nos accederet,
& impediebat ne desiderato potiremur spectro.

Noctu processit fulgur Mearræ post elapsam mediam noctis partem;
& pernoctando substitit in [23] Rama, commonstrans hebetudinem (*seu* lassitudinem.)

[23] *No. mansionis in Arabia Petraa; quæ 12 dierũ itinere à Basrâ distat Meccam versus.*

Commovit comites, & equos, camelosque,
& juvenes; parumque aberat, quin etiam commoveret sellas ac strata.

In eâ *enim, Mearrâ,* equi eorum fuerant equulei,
ipsimet *juvenes* verò imberbes, & adulti cameli eorum *fuerant* pulli.

Qui

وَمَنْ صَحِبَ [22] ٱللَّيَالِي عَلَّمَتْهُ خِدَاعَ

ٱلْإِلْفِ وَٱلْقِيلَ ٱلْمُحَالَا ،

وَغَيَّرَتِ ٱلْخُطُوبُ عَلَيْهِ حَتَّى

تُرِيهِ [23] ٱلذَّرَّ يَحْمِلْنَ ٱلْجِبَالَا ،

فَلَيْتَ شَبَابَ قَوْمٍ كَانَ شَيْبًا

وَلَيْتَ صِبَاهُمْ كَانَ ٱكْتِهَالَا ،

صَحِبْنَا بِٱلْبَدِيَّةِ فِي شِتَاءٍ

وَمَحْلٍ شَرَّ مَنْ صَحِبَ ٱلرِّجَالَا ،

إِذَا سُقِيَتْ ضُيُوفُ ٱلنَّاسِ مَحْضًا

سَقَوْا أَضْيَافَهُمْ [24] شَبِمًا زُلَالَا ،

وَلَٰكِنْ بِٱلْعَوَاصِمِ مِنْ عَدِيٍّ

أَمِيرٌ لَا يُكَلِّفُنَا ٱلسُّؤَالَا ،

إِذَا خَفَقَتْ لِمَغْرِبِهَا ٱلثُّرَيَّا

تَوَقَّتْ مِنْ أَسِنَّتِهِ ٱغْتِيَالَا ،

وَلَوْ شَمْسُ ٱلضُّحَى قَدَرَتْ لَعَاذَتْ

مُشَرَّقَةً إِذَا رَأَتِ ٱلزَّوَالَا ،

فقل

22 *A frustratione noctis, de qua suprà, occasionẽ captat dicendi de fortuna, moribusque hominum, ac denuo Principem laudandi.*

23 *vel* ٱلْيَدَّ manum.

24 frigidã valde: *nam hoc & sequẽs* aquam frigidam *notat.*

Qui autem ſocietate experitur noctes, (*i. e.* temporum caſus,) hunc docuerint *illæ* fucum amicitiæ,&ſermonem* mendacem;

Mutarintque res (fortunas) illi, adeò ut videre eum faciant ſimilem, cui ferendos imponant montes.

Utinam verò juventus hominum ſit canities, & utinam adoleſcentia eorum virilis ætas.

Verſati ſumus [24] in Bedîa, tempore hyemis ſterilisque anni, cum peſſimis eorum, qui verſati ſint cum viris.

Quando propinatum bibunt hoſpites hominum (*i.e.* aliorum) lac merum,

propinant *illi* hoſpitibus ſuis frigidã aquã.

At verò in [25] Awâſim, ex Aditis (*Arabum tribu*) Princeps *eſt*, qui non cogit nos ſinitve rogare: *verùm ultrò largitur, ac ſuâ ſponte confert beneficia.*

Cùm vergunt ad occaſum ſuum Pleiades, metuũt ab haſtis ejus de improviſo opprimi.

Et ſi Sol illuſtris diei poſſet, utique rediret ad ortũ, quando viderit declinandum eſſe ad occaſum. *Regionem illam, quæ ad occaſum ſita, adire & in eam tentare quid verentur alii Principes & Reges.*

* *propriè* impoſſibilem, abſurdum.

24 *No. loci ſeu aquæ, bidui itinere ab Halepo diſſitæ, quâ itur Salamîam.*

25 *Si.* عاصم munimentũ: Awâſim *autem eſt Syriæ extrema regio, cujus Antiochia metropolis eſt. Aliis verò ipſa Mearra, quæ munita montibus, ita dicitur.*

فَقُلْ لِمُجِيلِهَا فَوْقَ ٱلْأَعَادِي
إِذَا مَا لَمْ يُجِدْ فَرَسٌ مُجَالَا ،
لَقَدْ جَشَّمْتَ طَرْفَكَ مُثْقِلَاتٍ
فَجَشَّمَهُنَّ أَرْبَعَةً عِجَالَا ،
أَذَالَ ٱلْجَرْيُ مِنْهُ زَبَرْجَدِيًّا
وَمَا حَقُّ ٱلْمُكَرَّمِ أَنْ يُذَالَا ،
وَقَدْ يُلْغِي زَبَرْجَدَهُ عَتِيقًا
إِذَا شَهِدَ ٱلْأَمِيرُ بِهِ ٱلْقِتَالَا ،
أَخَفُّ مِنَ ٱلْوَجِيهِ يَدًا وَرِجْلًا
وَأَكْرَمُ فِي ٱلْجِيَادِ أَبًا وَخَالَا ،
وَكُلُّ ذُؤَابَةٍ فِي رَأْسِ خَوْدٍ
تَمَنَّى أَنْ تَكُونَ لَهُ شِكَالَا ،
يَوَدُّ ٱلتِّبْرُ لَوْ أَمْسَى حَدِيدًا
إِذَا حُذِيَ ٱلْحَدِيدُ لَهُ نِعَالَا ،
إِذَا مَا ٱلْغَيْمُ لَمْ يُمْطِرْ بِلَادًا
فَإِنَّ لَهُ عَلَى يَدِكَ ٱتِّكَالَا ،

ولو

Equidem dicito ei, qui *equos* illos *ſuos* convertit ſupra hoſtes, (*nempe ipſa hoſtium corpora,*)
cùm non invenit (*ob loci anguſtiam*) equus ullus ubi ſe convertat:

Utique imponis [26] nobili equo tuo res graves *& arduas, ut penetret obteratque hoſtes*;
at *ipſe equus* imponit *perficiendas* eas quatuor celeribus (*i.e.* pedibus ſuis.)

Vilem reddit ejus curſus [27] topazinam *ungulam*,
licet haud æquũ ſit rem pretioſam vilefieri.

At ſæpe comperit topazium ſuã *fieri* ſardam,
cùm conſerit Princeps eo *vectus* pugnam, *& ungulas tingit cruore hoſtium.*

Levior quàm [28] Wazjîhus anteriore pede & poſteriore,
& nobiliſſimus inter veloces equos patre & [29] matre.

Et cincinnus omnis in capite formoſæ
exoptat, ut poſſit illi eſſe vinculum pedis.

Amat aurum fieri ferrum,
cùm aptatur ferrum ipſi in ſoleas.

Si quando nubes non compluerit regionem,
utiq; illi in manu (*i.e. liberalitate*) tuâ fiducia.

26 Nom. prop. equi præſtantiſſimi, qui Arabum Beni Tarif fuit.

27 i. e. attrivit curſus ungulã: quæ ſubviridi colore imitatur topaziũ; nempe veterem, quam nunc vulgò chryſolithum vocant.

28 Nom. Equi olim celeberrimi.

29 propriè avunculo: i.e. paternâ & maternâ ſtirpe.

وَلَوْ إِنَّ ٱلرِّيَاحَ تَهُبُّ غَرْبًا
وَقُلْتُ لَهَا * هَلْ لَأَهْبَبْتِ شِمَالَا ،

* pro هَلَّا

وَأُقْسِمُ لَوْ غَضِبْتُ عَلَي ثَبِيرٍ
لَأَزْمَعَ عَنْ مُحَلَّتِهِ ٱرْتِحَالَا ،

فَإِنْ عَشِقَتْ صَوَارِمُكَ ٱلْهَوَادِي
فَمَا عَدِمَتْ بِمَنْ تَهْوَي ٱتِّصَالَا ،

وَلَوْ لَا مَا بِسَيْفِكَ مِنْ *نُحُولٍ
لَقُلْنَا أَظْهَرَ ٱلْكَمَدُ ٱنْتِحَالَا ،

* In hoc versu, atque in sequenti, animadvertenda quoq; est paronomasia.

سَلِيلُ ٱلنَّارِ دَقَّ وَرَقَّ حَتَّي
كَأَنَّ أَبَاهُ أَوْرَثَهُ ٱلسُّلَالَا ،

مُحَلَّي *ٱلْبُرْدِ تَحْسِبُهُ تَرَدَّي
نُجُومَ ٱللَّيْلِ وَٱنْتَعَلَ ٱلْهِلَالَا ،

* id est, غمد السيف Tabrizius.

